



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



A Arnaud Baudouin
du mar.

le Ministre est le
dissolvent

12301

de 8.1^{re} p. 849

#

Fulcora Fuclo

(Gaston.)

THE NEW YORK PUBLIC LIBRARY
ASTOR LENOX TILDEN FOUNDATION
1900

PHILOSOPHIA

CHYMICA

TRIBVS TRACTATIBVS

comprehenſa.

QUORVM SERIEM SEQUENS

pagina indicat.


OPVS DOCTISSIMVM,

Et nunc primum integrum in lucem Editum.

AUCTORE

GASTONE DVLONE CLAVEO;

Subpræſide NIVERNENſI GALLO.

*Colonia Allobrogum.*

Apud IOHANNEM VIGNON.

M. DC. X I I.



SERIES TRACTATVVM

huius Philosophia Chymica.

I Apologia Chrysoptœiæ & Argyroptœiæ
aduersus Doct. Thomam Erastum, in qua di-
sputatur & docetur, An, quid, & quomodo sit
Argyro-Chrysoptœia.

II De triplici præparatione Auri & Ar-
genti huic Arti summe necessaria, vera & non
fucata demonstratio.

III De vera & recta ratione progignendi
Lapidis Philosophici, seu Salis Argentifici &
Aurifici, dilucida & sincera explicatio.

His adiecti sunt Canones decem, totius
operis Basim constituentes.

CVM

Bernardi G. Penoti, à Portu S. Mariæ Aquitani
Epistolâ, præfatione, & marginalibus
Annotationibus.

SERE-



SERENISSIMO ET
ILLVSTRISSIMO PRINCI-
PI, MAVRITIO LANDTGRAVIO HAS-
SIAE; COMITI CATZENELLENBOGEN
DIETZ, ZIENGENHAM, ET NIDDA, Ex-
cellentissimo. Domino suo Clemen-
tissimo.

IMPVDENTIS profe-
cto, non probi viri, sic (Il-
lustriss. Princeps) aliorum
sibi opera vendicare, ea-
que pro suis ædere. Huius igitur li-
bri quem SEREN. T. CELSITVDINI
audeo offerre, cum author non sim:
imò is sit alterius, qui eius partes ali-
quas ante suū è viuis excessum qui-
busdam viris cōsecrarit, ne Plagiea-
rius censear, aut temeritatis iure ar-
gui possim, ILLVSTRISS. T. CELSIT.
cōsiliij mei de edēdo, deque illi offe-
rēdo libro rationes exponere cōsti-
tui FRANCKENTALII annis ab hinc
plus minus tribus agens, cum iucun-
dissima fruerer cōsuetudine IOHAN-

EPISTOLA.

NIS BARTHOLOMAEI BURGOMASTRI
Landtscribæ Nostadiensis, viri Do-
ctrina & pietate ornatissimi, quique
scripta mea præsertim Apologiam
pro paracelso aduersus Thomam Era-
stum, & alios cādidos, negātes Me-
talla quoquo modo parata, huma-
næ naturæ prodesse, legerat. Is ali-
quādo à me quæsiuit, Num doctiss.
GASTHONIS Clauēi librum aduersus
THOMAM Erastum legissem. Neganti
id mihi, librum ipsum non modo ob-
tulit, sed etiā in perpetuū amicitie
monumentum dono dedit: ea tamen
lege, vt lectū in publicū ederem: af-
firmās primam eius partē nulli ha-
ctenus consecratam. Accepi cum li-
bro cōditionem, missisq. aliis omni-
bus serio lectioni incubui. Et inter le-
gendū Marginales annotationes ad-
didi. Cumq. ex seria lectione depre-
hendissē authoris animum fuisse, nō
in tenebris librum abdere, sed omni-
bus scientiæ filiis ipsum cōmunica-
re, vt lib. 2. cap. 38. & circa huius A-
pologię finem author testatur (in-
quiens

EPISTOLA.

quiens) quòd si ea quæ prioris quæ-
stionis, & confirmationis stabiliendæ
gratia scripsi vobis, qui hæc perlega-
tis, grata intellexero. De cæteris quo-
que quæstionib. Deo O Max. fauente,
luculentius posthac aliquid editurũ
esse. Idq. abstrusum magis, & maiori
admiratione dignum, omniumque
vtilissimũ: & alibi idem author, For-
sitã qui hæc perlegẽt ante aut post
obitum nostrum nostri memores e-
runt. Cũ hæc animaduertissem à
quibuscunq. potui typographis per-
cunctatus sum, num typis excusum
alicubi scirẽt. Hoc cũ inficiarẽtur,
eximios tanti viri labores diutius la-
tere, & Chymicæ studiosos eorũ le-
ctione priuari æquũ non esse existi-
maui. Et est reuera, hoc nostrũ secu-
lum impostoribus plenũ, qui nec i-
psis Principib. ne dum infimæ sortis
hominib. parcũt. Video enim reges,
& Magnates ab istis Agvrtis decipi,
qui ementitas & sophisticas chymicæ
artes, pòposa specie vendentes, illos
argento emungũt: vnde fit, vt ingēs

EPISTOLA.

numerus, tum sophistarū, tum sophi-
sticarū fraudū quotidie oriatur, ob
quas, ars chymiae laudatissima, non
solum detrimentum patitur, oppri-
mitur, adulteratur, ipsique chymi-
stae inuisi omnibus redduntur, vitam,
tempus, sumptusque in vanas opera-
tiones frustra impendentes, sed & in
respub. grauissimadamna reddunt.
Ea si quidem est multorū vafricies,
vt simulata experientia in chymicis,
ficta amicitia, pollicitationib. variis,
fraudulenter ab aliis artes expiscen-
tur, easque sibi vendicent, & venales
circuferant, quae ab aliis magna post-
ea redimuntur pecunia. Expertus lo-
quor: abs me. n. eiusmodi nebulones
aliquando extortos de chymia ma-
nu scriptos commentarios, ingenti post-
ea pecuniae vi, vt proprios distraxe-
runt. Pessimū genus hominū. Quodq.
si à Magistratu pro merito plectere-
tur, minus esset fraudiū: minus artis
discipuli hallucinarētur, breuiq. ars
vera & sincera ex laruis illis sophis-
matum emergeret. Ego isti malo, vt
pro

EPISTOLA.

pro mea virili remedium afferrem
Gastonis CLAVEI librum in tenebris
diutius latere non passus sum, eden-
dumque curavi. Quod & superiori-
bus annis etiam à me præstitum est,
in aliis eiusdem argumenti opuscu-
lis quibusdam, quæ dedicare haud
vericus sum, SERENISSIMIS ET PO-
TEN. PRINCIPIBUS, ELECTORI PA-
LATINO: CHRISTIANO ANHALDI-
NO: ET ERNESTO FRIDER. Mar-
chioni Badensi, qui tractatus Serenæ
ad modum fronte à tantis Principi-
bus excepti fuerunt.

Cum verò diu multumq. cogita-
sem cuius patrocinio utendum mihi
foret, isti ut libro gratiā & authorita-
tem cōciliare LANDGRAVIORVM
HASSIAE familiæ mihi in mentē ve-
nit, quæ cum seculis omnib. Germa-
niæ Decus, patriæ lumen, Musarum
Domus, Religionis propugnaculū
fuerit: In eaque excelluerint Heroes
illi sanctissimi, parens & AVVS tuus,
Christiani orbis clarissima lumina:
qui hostium Ecclesiæ Tyrannidi co-

EPISTOLA.

ties sese obiiicere non dubitarunt. A-
 uitarum verò virtutum, heredem te,
 & possessorem viderem, qui Marti &
 Mineruæ, simul sacra faceres, libera-
 litatēq. erga externos, omnes Princi-
 pes facile vincerēs. Idque cum SE-
 REN. Angliæ REGINA cōmune ha-
 beres, vt omnium gētium, omnium
 idiomatum probè gnarus, cum om-
 nibus posses absque interprete col-
 loqui: præterea in omnibus & singu-
 lis esses vsq. ad miraculū instructissi-
 mus. Istā verò Philosophiæ Chymi-
 cæ partem, sic calleres, vt in ea mor-
 tales omnes facile antecellas, patro-
 cinium istud T. CELSITVDOINI, non
 sine ratione cōmittendum existima-
 ui. Tibi igitur (qua par est reuerētia)
 hoc Munusculum (suo tamen sale
 conditum) Dedico, vt aliquod à me
 grati animi indicium habeas. Vnum
 est, quod vereri debeam, ne scil. mi-
 hi succēseas, quod sacra nostræ artis
 mysteria vulgo promiscuè pandere
 videar. Sed cū omnia ab auctore
 scripta, ita esse cogitabis, vt prophā-
 nos

EPISTOLA.

nos latere possint, Tuæque CELS. iis-
que Solis qui ad PARNASSI verticem
pertigerint, pateant, boni consules,
quicquid hic à me factum est. Cæ-
terum si quid post hac te dignum
nancisci potero, id lubens impar-
tiar. Accipe (Principum Clarissime)
quod pro tenui nostra facultate
conferimus, & maiora deinceps ob-
sequia splendidiorésque fructus ex-
pecta: DEVS O.P.M. Tuam CEL. cum
SERENISS. coniuge ad nominis sui
gloriam diutissimè sospiret. Vale,
Yuerdini.

CELSITVDINI TVÆ
addictissimus.

BERNARDVS G. PENOTVS
A PORTV S. MARIE
Aquitanus D. P.

AD AVTOREM HV-
ius Apologiæ.

*Natura auriferas vires dū tentat Erastus
Inscitia iaculis euertere, percitus æstro
Invidia, clarā illustrat malè providus artē:
Nāmq̃ue ex parte cauens libro maledicta
refellit*

*Clouens emissō, quo tela retundit Erasti
In caput: Et recipit demptum Argyropæia
nitorem,*

I. L.

Ad eundem.

*Quid liber inuictō duce stas? defecit Erastus
Nec potuit fixo sistere in arma pede,
Quid metuis frustra valuis inhiare? re-
cessus*

*Et loca quæque tibi nobiliora patent.
Magna canis, magni est meriti decorarier
isto*

*Munere: Quis magnos ista decere neget?
Ergo age, luce tua lucens audentior ito,
Principis inuicti nomine tutus eris.*

I. B. A.

Ad eundem.

*Chrysopæia libris Medici dānatur Erasti,
Quam*

*Quā nec dente premat limidiore Thean.
Sed tanta illatum repulisti deducus Arti
Compresti rabidas inuadiaque faces.
Chrysopæia etenim per te rediuiua nitescit,
Iamque viget libris Argyropæia tuis.
Sic feret auratis te in cælum gloria pennis
Et studij capies præmia digna tuis.
Guilielmus Dubroc Adolefcens.*

*Ad eundem.
Sit tibi nulla licet suscepta ex coniuge pro-
les,
Vivere qua possis, non moriere tamen.
Auriscras peperisti artes prædiuite Musa
Argyropæia etiam diceris esse parens.
Hæc tibi perpetuos decus immortale per
annos
Addent, legitima prolis & instar erunt.
Stephanus Gasconius Adolefcens.*



AD LECTOREM.

BERNARDI G. PENOTI A PORTU S.
MARIE AQUATAN. PRÆFATIO, in
qua omnem totius artis potentiam & ef-
ficaciam in duobus consistere verbis
ostendit.

NON est (amice lector) quod re-
fricem diu agitatae illas qua-
estiones, quibus quaeritur: An
Ars transmutationum sit ve-
ra: cum anno proximè præterito, id grauif-
simorum virorum testimonio, & authori-
tatibus, satis superque probauerim, quum
huius argumenti, plures sint libri e-
diti: Lectores itaque ad eam remit-
to præfationem, quam non ita pridem, ei
Dialogo, qui est inter Naturam & filium
philosophiae præfixi. Ridiculum verò foret,
si in præsentia repetitionibus uterer: siqui-
dem Author libri huius CLAVEVS ad-
uersus THOMAM Erastum disputans, eiús-
que argumenta omnia solidè refutans, fir-
missimis tum rationibus, tum demonstra-
tionibus, (adde & certis experimentis)
Artem

PRÆFATIO.

Artem veram certam & facile esse ostendit, & confirmat. Quapropter qui auctoritatibus & exemplis veritatem Artis tibi probare vis (Lector) huius CLAVEI librū percurrere. Sed antequam operari incipias, rerum naturalium causas prudenti consilia perpende, aut noli rem aggredi. Incauti prima fronte hunc librum intuentes, implicabuntur. Tu (Amice lector) magno cum iudicio, lege, relege, ora, labora: & Deus Myſteriorum autor tui miſerebitur. Hoc unum te latere volo, omnem potentiam & totius artis efficiaciam, in duobus conſiſtere verbis, nimirum, SOLVE & COAGULA.

Solutio duplex eſt. Prior ſolvit corpora in Mercuriū, id quod fit per Mercurium, Et inuenta eſt ad particularia, quam iſtius libri Author ſequitur. Altera verò in aquā Mercurialem, Hæc ad opus uniuerſale pertinet. Eſtque tranſmutatio quadam corporum metallicorum in ipſorum primam materiam. Quam doctus huiusce operis Author negat fieri poſſe, & ſpiritus mineralium fixari cum perfectis corporibus, Raymondūque Lullio refragratur, illud impoſſibile, Cuius opinionem non aſſequor: Imo

Solutio
duplex.

Solutio
per aquā
mercuria-
lẽ, ad opus
uniuerſale
ſpectat.

PRÆFATIO.

GEBERI
opinio
digna no-
tatu.

Summè
notandū.

Libellus
qui septem
claves ar-
tis dicitur
inquiren-
dus.

*contrarium : Authoritatibus plurimorum
huiusce Artis virorum probo. Geber enim
in tertia parte perfecti Magisterij cap. 32.
de Auro (inquit) Aurum quoque est Me-
tallorum pretiosissimum, & est tinctura
rubedinis, quia tingit, & transmutat om-
ne corpus, calcinatur & soluitur cum uti-
litate & sine utilitate, & est medicina la-
tificans & in iuventute corpus conservans.
Frangitur facile cum Mercurio : & odore
Saturni teritur. Iupiter & Luna illi in
substantia conveniunt. In pondere & pu-
tredine, SATVRNVS. ultimo vero MARS.
Et est unum de maximis secretis natura.
cum ipso similiter commiscetur spiritus,
& figuntur per ipsum maximo ingenio,
quod non peruenit ad artificem dura cer-
vicis & pectoris. HAC GEBER. Ex SCA-
LA philosoph. Spiritus congelantur beneficio
dissolutionis naturæ fixæ, & corporis, &
mixture illius, cum argento vivo : Et al-
lius. Fige ergo terram, & aquam, ut aer
possit figi in aqua: quoniam si aquam bene
occidisti, omnia elementa occidisti, &
mortua sunt. Haftenus. De his plura lege
in libro qui septem claves Artis insigni-
tur,*

PRÆFATIO.

*tur, quem aliquando in publicum edam:
una cum tractatu aquarum mercurialium,
quibus quævis metalla in currentem mer-
curium, reducuntur: si Æternus DEVS
Optimus nos superstites voluerit. His inte-
rim (Humane lector) fruiere & Vale: Et
nostris lucubrationibus faue.*

AVT HIC AVT NVSQVAM
EST QVOD QVÆRIMVS

DEVM TIME
ET PROXIMVM DILIGE.

THE
CITY OF
NEW YORK
OFFICE OF THE
COMMISSIONER OF
THE LAND OFFICE
IN SENATE CHAMBERS
ALBANY
1891

MAJOR GENERAL
JOHN A. BURNETT

DEPT. OF THE ARMY
WASHINGTON



A P O L O G I A

ARGYROPOEIAE ET

CHRYSOPOEIAE.



OVVM hoc dicendi sub-
iectum tanquam à profes-
sione nostra alienum ple-
rique statim audito Apo-
logiæ seu defensionis huiusce ritu-
lo, damnabunt Sed & plures me teme-
ritatis coarguent, quòd cum potentis-
simo aduersario Thoma Erasto Ger-
mano Medico, atque excellentissimo
Philosopho, in re toties præiudicata
congrèdi audeam: Tum verò quòd in
re tam abstrusa, multisque multorum
seculorum vitis amplissimis hætenus
incognita, certi aliquid & veri pronũ-
ciare contendam. Multi, ut varia sunt
hominum ingenia, de hac nostra Apo-
logia seu defensione Argyropœiæ &
Chrysopœiæ variè æstimabunt. Quis-
bus omnibus responsum esse velim,
me nullis eorũ æstimat[i]onib[us] ab hoc
instituto meo auocari posse, dum Rei-

Exordiu.

argyropœiæ
chrysopœiæ
æstimat[i]o

A

pu. cui omnes fortunarum nostrarum
 maiorem partem debemus, prodesse
 puto. Sanè ego vt variaz sunt à Natura
 hominum inclinationes, cum aliquan-
 do per otium licuit, veterum, qui de
 hac re tractauerunt, volumina diligen-
 ter perlegi, naturam Metallorum pro-
 priis examinibus exploravi, hos, qui
 huiusce artis secreta callere præ cæter-
 is putabantur, audiui, consului: multa
 multis ab hinc annis tentavi: & quam
 summi viri operam in evoluendis li-
 bris, à professione propria alienis, suc-
 cisiuis horis collocarunt, in hoc artis
 studium in eadem horis eandem operam
 aliquando impendi. Neque alius fuit
 mihi scopus, quam veritatis agnoscendi
 studium, quam vnumquemque virum
 probum totis viribus amplecti optar-
 tet. Veterum scripta ferè omnia æno-
 gramica, & vetula, & posthinc oracula,
 nulla arte tradita deprehendi, vt in cet-
 eos magis ab eorum lectione abstergerem,
 quam cum primum ad eam accessis-
 sem. Solus Geber Arabs aliquo ordine
 atque methodo hanc artem tradidisse
 videtur,

Scripta
 veterum
 obscura.

Geber.

ARGYR. ET CHRYSOP. 3

videtur, sed, ut ipse fatetur capite ultimo suæ summæ perfectionis, ubi magis apertè locutus est, ibi magis artem suam occultavit: plura etiam sophistica & inutilia veris & utilibus miscuit, & quam plerique ex illius libris metamorphosin expectabant in sese ipsis experti sunt: ita ut ex diuitibus pauperes euaserint, & ex honestis viris turpes habiti sint. Quod & iisdem accidisse video, qui aliorum scripta nullis rationibus fulta, sed per manus tradita, experiendo miseri & mendici conspiciuntur. Quæ cum omnia apud me perpenderem, aliquem Reip. fructum allaturum me posse putavi, si quàm verè hæc Ars posset subsistere, apertè & certa methodo, explosis omnibus ambagibus, quantum animi vires ferunt, in lucem proferrem. Ita enim fiet ut qui in re tam abstrusa, magis veritatis agnoscendæ studio, quàm acquirendarum opum desiderio tenebuntur, eos forsitan minime hæc legisse pœniteat. Hi verò, qui oleum & operam hætenus perdiderunt. Auctorum

Auctoris
propositum.

suorum & proprios errores aliquando emendent & sapere incipiant: Hi verò, qui nondum aliquid in his degustarint, si fortè incumbere studium sit, viam rectam ingressi nusquam postea aberrare possint. Omnes autem qui hæc perlegerint & intellexerint, ab impostorum & sophistarum dolis & fraudibus tuti sint. Quid quæso utilius aut humanum magis, quàm aliquò pergentibus viam, quam ignorât rectam demonstrare, & in eandem si fortè aberrauerint reuocare? Nec quisquam, nisi iniuriâ, possit institutum hoc meum damnare quasi ab ea arte, quam profiteor, alienum. Incidunt enim sæpè in forensibus iudiciis quæstiones, quæ à Iureconsultorum responsis alienæ videntur, ut de arte medica, de quamplurimis aliis artibus, quas tamen eos ignorasse pudeat, qui causas agunt, atque hac ratione petitos artis prius consulere, quàm clientes defendere cogantur. Memini paucis ab hinc annis in foro nostro Niuernensi, Dum causas adhuc ag-

rem

Exem-
plum.

rem, quæstionem hanc tractatam esse.
 Cuius quidam huiusce urbis, à quo-
 dam, quem tunc Impostorem ignora-
 bat, torquem, quem aureum asseuera-
 bat, emiturus, eundem fabro aurario
 lapidis lydij examini probandum mā-
 dauerat: Ea probatione coram Em-
 ptore statim peracta, renunciavit fa-
 ber ærarius, torquem esse aureum, &
 ex auro puro constare. Hac fretus fi-
 ducia cuius torquem, tanquam ex au-
 ro puro constaret, emit: paulo post
 tempore vna ex eodem torque fi-
 bula scissa, intus esse argentea tan-
 tum, exterius verò & in superficie au-
 rea esse, deprehensa est. Emptor statim
 fraude cognita de damnis & interesse
 aduersus fabrum aurarium contendit,
 quod illius asseueratione falsus eme-
 rit, quasi ignorance propriæ artis de
 culpa teneretur. Contrà Faber aua-
 rius se rogatum solum lapidis lydij
 probationem, quam verè retulisset,
 non autem scalpri, tentasse, cuiusque
 rei nomine nullam accepisse merce-
 dem. Consultus à prudentissimo atque

amplissimo viro, cuius nunc sum collega, quid iudicandum putarem, respondendi, si torquis tantum deauratus esset, aduersus fabrum aurarium sententiam dici oportere, quod sola deauratio lapidis lydi probatione iterata sæpius deprehendi potuisset: Sin verò aurum superficie ei torquis adglutinatum corpus per se substitisset, exceptione tutum fabrum aurarium, eumque absolendum, quod minime lapide lydio, sed scalpro tantum iudicari potuisset. Statim hac interlocutione lata, aqua acri probatione vnius ex fibris facta, substitit corpus aureum in imo vasis vitrei, argentum verò effusum & solutum in aqua acri conspeximus. Quod si sola deauratio fuisset, in puluerem impalpabilem & tenuissimum eiusdem vasis vitrei fundo subsidisset. Hoc ubi ab Emptore cognitum, à lite discessit, præiudicialem enim sententiam præiuderat. Verum ita iudicari non potuisset, nisi consultis hac de re fabris aurariis, atque commendicatis eorum consiliis.

Quod

Quod autem Erasto qui probris & ^{Erastus} conuiitiis multis hanc Philosophiæ ^{huius ar-} partem, cuius ignarus fuit, lacerauit, ^{tis igna-} respondere sub finem Apologiæ co- ^{rus ean-} nobor, iudicio saniorum hominum re- ^{dem pro-} linquam, responsio nostra futura sit ^{bris lacer-} nec ne prior probris & conuiitiis. E- ^{fuit.} quidem Erastus vir fuit summae auto- ^{Idem vir} ritatis, sed fuit homo, multasque artes ^{summe} & faciles quidem ignorauit, quas im- ^{autori-} becillioris ingenij homines non igno- ^{tis.} rarunt. Multas quidem vniuersales propositiones in medium adduxit, at eas, quæ arti huic sunt propriæ & peculiare, ignorauit. Quod ad ceteros attinet, in huiusmodi hoc meum, ut volent, æstimant. His tantum scribo, qui non in dicta causa, sed omnibus hinc inde examinatis & perpensis rectè iudicant, & arcana Dei suspiciunt & venerantur. Nec verò mihi quis imputet, vel vicio vel crimini, si quæ hactenus celata sunt, in lucem proferam. Imò coarguendi veteres, nec non & ceteri, qui rem per se satis obscuram suis inuolucris obscuriorem reddide- ^{Veteres} ^{coargue-} ^{di.}

runt. Quod si agendi methodum celare illis licuit, saltem rationes & causas, ex quibus, à quibus, per quas & propter quas ars consistere possit, aperuisse debuissent: Quod à nullo eorum præstitum video. Nec tamen verendum fuerat, ad hanc artem perveniri posse, quantumvis perspicue & verè scriptis mandetur, nisi à peritissimo, & in principiis artis maxime experto manibus tractetur. Speculatio tamen sola pericunda est, & gravioribus studiis prægravatos animos reficit. Iam igitur quotquot estis arearum perscrutatores acerrimi & veritatis amantiissimi huc adeste, vobis enim admiratione digna, & nusquam ab aliquo scriptis mandata perspicue & verè patefaciam, & definitionibus, divisionibus & demonstrationibus physicis, quantum fieri poterit, illustrabo. Vno etiam momento comprehendetis quicquid iam senex & sexaginta annos natus multis meditationibus & experimentis triginta quinque ferè ab hinc annis, cum per otium

licuit,

Ad artem
non facile
per-
venitur.

Summa
huius tra-
ctatus.

Acta, au-
thoris.

licuit, comprehendere potui, ut, an
 verè hæc ars subsisteret, inuestigare.
 Agendi tamen methodum scire, nec
 nisi quantum quæstionis probanda, <sup>Methodus agen-
di hic nõ</sup>
 an sit ars, necessitas incumbet, genera- <sup>tracta-
tur.</sup>
 liter attingam.

Erastus Germanus natione in scho- <sup>Proposi-
tio.</sup>
 la Heidelbergensi Professor librum e-
 didit, cui titulum fecit, De medicina
 noua Paracelsi, Pars prima. Is liber ex-
 cussus Basileæ per Petrum Pernam
 anno Domini 1572. Librum hunc
 cum successiuis horis perlegissem, vi-
 di sub finem tractatam quæstionem
 hanc ab Erasto: verum ex argento vi-
 uo aut ignobilioribus metallis trans-
 mutatis verum, legitimum, naturale &
 sincerum aurum argentumve arte
 confici possit: multis tandem & vali-
 dissimis argumentis, & ex eorum au-
 thoritate, qui iudicio & eruditione præ-
 stant, constanter negat id fieri posse.
 Ego verò constanter affirmo ex ar-
 gento, plumbo, stannio, ære, ferro, nec
 non ex argento vivo, aurum, & ex his
 quinque posterioribus argentum ve-

rum, legitimum, naturale & sincerum à causis naturalibus, arte ministrante, confici posse: Hæ sunt sententiæ ex diametro pugnares. Posterioris sententiæ defensionem suscipio: atque id ipsum est, quod hac Apologia præstare conabor. Equidem si quis ynquam validissimis argumentis artem hanc oppugnavit, vnus omnium est Erastus summus Philosophus & consummate eruditionis. Sed tantò magis insignis erit victoria, si in hac philosophiæ parte vicero, quod efficere me posse confido. Etsi autem ad probationem propositæ quæstionis, scilicet Argyropœiam & Chrystopœiam artem esse veram, sola sufficeret experientia, quæ vicem demonstrationis habet, tamen vt res clarior sit & manifesta magis, aliùs defodiendum esse existimaui.

Defini-
tio Argy-
ropœiæ
& Chry-
stopœiæ.

Argyropœia & Chrystopœia est ars, quæ materiam auro & argento proximam eamque naturalem, à causis naturalibus efficientibus in formam argenteam aut auream promovere docet. Et vt definitio explicetur, dixi esse artem,

artem, quæ mouet naturales causas: vt
 discerneretur à natura, quæ etiam sola
 sua sponte nullius alterius ope accita
 argentum & aurum, ex suis principiis
 & causis gignit. Dixi etiam materiam
 à causis naturalibus moueri, vt quate-
 nus materia & causæ efficientes spe-
 ctantur, argenti & auri conficiendi ra-
 tio tota à natura pendeat: quatenus
 autem naturæ suam propriam mate-
 riam subiicit, vt ipsa agat, sit hæc ad-
 ministratio arti propria. Sic & plurimæ
 artes definiuntur, vt Agricultura, Me-
 dicina, quarum effectus sunt natura-
 les, sed quia præceptiones certas &
 arti proprias & peculiare tradunt, ef-
 ficere dicuntur. Sic qui oua gallinæ^a Simili.
 subministrat, vt iis incubet, dum ex-
 cludantur, aut calorem gallinæ imi-
 tando ea fouet, vt etiam pulli gene-
 rentur, pullos efficere dicitur, tamen
 hic ortus à vi naturali ouis insita de-
 pendeat. Sic & Argyropœiæ & Chry-
 sopœiæ artifices argentum & aurum
 efficere dicuntur, dum veluti ministri
 proximam materiam subiiciunt, &

Ars quid sit. præceptiones tradunt, quibus eadem
 à causa naturali efficiente fiunt. Sic &
 Aristoteles Artem nimirum id esse
 statuit, à quo demum omnis motus
 proficiscitur. Adieci in definitione,
 materiam proximam argento & auro
 subiici oportere, quod non ex omni
 materia promiscuè omne fiat, sed
 quod ex ea tantum, quæ formam cer-
 tam nullo intermedio, à causa effi-
 ciente apprehensura sit, id autem in
 progressu manifestum magis erit.
 Tandem & postremo loco additum
 est, materiam hanc proximam in
 argenteam, aut auream formam
 promouendam esse, ut intelligatur,
 idem argentum, & idem aurum
 Arte ministra, à natura fieri: quale à
 sola natura. Ex hac definitione par-
 tienda mihi videtur in tres partes hæc
 Argyropœiæ & Chryso-
 pœiæ. Partitio
 Argyro-
 pœiæ &
 Chryso-
 pœiæ. Ar-
 rum prior erit cognitio naturæ me-
 tallorum, uti eadem natura ipsa in
 lucem edidit sua sponte ex se sola.
 Cum etenim idem argentum & au-
 rum atque natura producit, ars illi
 mini-

1. Pars.
 Cogni-
 tio natu-

ministrans producere contendat, hoc ^{ra metal-} ^{lorum.}

præstare neutiquam posset ignorata metallorum natura, præsertim argenti & auri, ut eadem omninò efficiat.

Secunda pars erit cognitio materiæ ^{II. Pars} ^{Cogni-} ^{tio mate-} ^{riæ pro-} ^{ximæ &} ^{causæ} ^{efficien-} ^{tis.} proxima argento & auro & causæ efficientis & mouentis eam ad formam argenti & auri, arte scilicet ministrante naturæ. Etsi enim diuersa sit materia proxima, ex qua argentum & aurum à sola natura fit, ab ea, ex qua arte

ministra eadem ortum subeunt, tamen vtriusque & naturæ & artis scopus ad vnum eundemque finem contendit, scilicet ad formam argenteam aut auream capeSSendâ.

Posterior pars ^{III. Pars} ^{Metho-} ^{dus a-} ^{gendi.} erit methodus aut modus agendi, & hic solius est artis, nec naturam promi-

scuè omninò æmulatur, nisi quatenus ad eundem finem & scopum, ad quem natura, deducit.

Tres igitur has partes Argyropœciæ & Chrysopœciæ ordine tractabimus, ex quibus sententiam ^{Ordo} ^{dicen-} ^{dorum.} nostram tuebimur, hinc experimentis quibusdam confirmabimus: Tandem

argumentis Erasti respondebimus;

fic Apologiz finis imponetur. Sed priusquam naturam metallorum disquiramus ; eandem in omnibus concretis corporibus explorare opportunum esse existimamus, & summatim quidem & generaliter, cum alioqui vberius à Physicis hæc haurienda sit. Sic fiet, vt cognita in genere rerum omnium naturâ, facilius sit aditus ad penetrandam metallorum naturam. Omnium igitur concretorum corporum naturâ ex eorundem causis dignoscitur. Scire enim aliquid, vt ait Aristoteles primo Physicorum, est per causas cognoscere. Causæ autem sunt, materia, forma, efficiens & finis. Materia est, ex qua aliquid fit : In natura enim nihil nisi ex præiacente materia aut subiecto fit : Forma est, quæ dat esse rei, & per quam res nomen habet : Efficiens est causa, quæ mouet materiam ad aliquem finem : Finis est, propter quem aut cuius gratia efficiens mouet materiam.

Natura
omnium
rerum ex
causis di-
gnosci-
tur.

Causæ
rerum
quatuor
sunt.

Diuisio
materiae.

Est autem diuisio Materiae, vt alia sit remota, alia media, alia proxima.

Materia

ARGYR. ET CHRYSOP. K

Materia remota dicitur, quæ multas Remota materia.
 mutationes & formas subitura est,
 priusquam formā alicuius ex quatuor
 corporū naturalīū generibus induat.
 Sunt autē quatuor hæc corporum ge-
 nera, mistū, vegetabile, sensile & ratio- Corporū genera quatuor.
 nale aut intelligēs: Et hæc materia lō-
 go distat interuallo ab vno quoq; ho-
 rū. Ea est materia primā quæ solā imagi-
 natione & intellectu, nō sensibus cō-
 prehenditur: itē quatuor rerū primor-
 dia, terra, aqua, aer & ignis. Ante e-
 nim illa nulla alia fingi potest materiā.

Materia media est inter remotam Materia media.
 & proximam, quæ quidem proximior
 est formis horum quatuor generum
 corporum, quā materia remota, sed
 magis ab istis formis distat, quā
 materia proxima. Vt alimenta propio-
 ra sunt corpori animalis, quā Ele-
 menta, remotiora autē quā sanguis,
 qui ex illis gignitur.

Materia proxima est, quæ proximē Materia proxima.
 ad formā accedit, & veluti quiddam
 imperfectum est, relatum ad alterius
 corporis formam perfectiorem. Ma-

teria hæc proxima est, ut vnum quodque generis semen in vniuocis generationibus, aut quod loco est seminis in æquiuocis. Sed de hac materia proxima plura nobis mox dicenda sunt.

Formarum generum quatuor.

Formarum autem genera naturalia sunt ea quatuor, quæ dicta sunt, scilicet forma mistorum simpliciter, vegetabilis, sensilis, & rationalis ac intelligēs. Hæc formæ magis quam materiæ rationem obtinent, quippe à quibus sit omnis effectio, materia autem potentia sit tantum, quæ non agit, sed patitur propriè.

Causæ efficientis diuisio.

Causa autem efficiens variè diuidi potest, verum sola hæc nunc sufficiat, quod alia sit vniuersalis, alia particularis.

Vniuersalis efficiens causa.

Vniuersalis causa est Deus summus optimus, maximus, qui in principio quidem solus ex se solo, sua infinita potestate sine aliis quibuscunque causis, ex nihilo cuncta creauit. At cum post mundum ab ipso creatum voluit naturaliter & extra miraculum ex iâ creatis

creatis rursus eadem progigni, cœlis
 & astris, vt causis vniuersalibus, has
 vices commisit: sic tamen vt idem ipse
 Deus cum his & causis particularibus
 semper concurrat. Hæ igitur causæ
 vniuersales omnia hæc, quæ in hac
 mundi vniuersitate cernuntur diuersi
 generis aut diuersæ speciei, producunt.
 Equiuocæ autem dicuntur, quod <sup>Aequiuo
ca.</sup>
 æqualiter omnibus impertiantur &
 diuersorum effectuum sint causæ.

Particularis autem causa efficiens <sup>Particu-
laris cau-
sa effi.</sup>
 est, quæ in materiam proximam seu in
 dispositum sibi subiectum tantum agit,
 vniuersque speciei aut qualitatis effectum
 producit, & vniuoca appellatur, qua- <sup>Vniuo-
ca.</sup>
 lis est vis & facultas in vnoquoque se-
 mine, quæ ipsum mouet, dum ad fi-
 nem pertuenerit.

Finis autem aut causa finalis in his <sup>Finalis
causa.</sup>
 dem corporibus ex Elementorum
 permissione concretis est, vt forma
 fiat. In Physicis enim finis idem est,
 quod forma.

His generaliter sic diffinitis, disqui-
 renda est metallorum de quibus est

disputatio, natura, quæ sola vi naturæ in visceribus terræ orta sunt. Quæ natura non minus ex eorundem metallorum causis, scilicet materia forma & efficiente dignoscitur, quam reliqua mundi mista corpora.

Metal-
lorum
materia
remota.

Metallorum igitur sicut & cæterorum corporum omnium materia remota, sunt, ut dictum est, terra, aqua, aer & ignis, ex quibus originem traxisse omnium philosophorum vnanimis est sententia. Gignendis enim corporibus mistis vnus elementi materia satis esse non potuisset, sed necesse fuit quatuor illa permistione confusa rebus idoneum se subiectum exhibuisse substratæque fuisse. Etsi autem prima illa rerum primordia sint materia metallorum remota, proximiora tamen iisdem sunt, quam vegetabilibus aut sensibilibus. Quippe quod elementa hæc quatuor sensibus conspiciantur, quasi prima esse metallorum, nec non omnium inanimatorum soboles naturalis. Materia metallorum media in visceribus terræ ea est, quæ

Materia
metal-

est, quæ vi causæ efficientis ex elementorum prima mixture in aliquod medium transit, quod nondum tamen est materia proxima: Quod medium est veluti quid informe nec certam in natura habet speciem: quod quid sit, ab autoribus non est traditum.

At materia metalis proxima ea est, quæ nullarum aliarum mutationum interuentu à causa efficiente perficitur, & proximè formam metallicam induit, nondum tamen est metallum, sed aliam habet à metallo formam & vnica sola illius mutatione forma exsurgit. Quæ autem sit illa materia proxima in mineris terræ, variæ fuerunt eorum, qui hac de rescripserunt, opinioniones.

Aristoteles enim tam sublimium, quæ super terram, quàm inferiorum, quæ in visceribus terræ continguntur, duplicem exhalationem esse horum materiam. Exhalationem quidem à terra, quæ sit sicca & calida: & ab aqua vaporum, quæ sit frigida & humidus: non sic tamen, vt exhalatio sicca humore destituatur, nec va-

lorum
media.

Materia
proxima
metal-
lorum.

Aristote-
lis opi-
nio de
materia
proxima
metal-
lorum.

por humidus siccitate: sed in illa siccitate, in hac humiditatem superari. Exhalationem igitur siccam dicit esse fossilū, ut sunt lapidū genera nō liquabilia, sandaracha, sulphur, achra, mubrica, & alia eiusdem generis. Metalla autem ad vaporosam exhalationē pertinere ait. At vaporem illū, prius quam in aquā vertatur, exhalatione coagulari & metallū fieri, idcirco metalla omnia exhalationē siccam continere, & inflamari & exuri, solo auro excepto.

Alchimistarum
opinie.

Alchemista vero proximam metallis materiam dicunt esse argentum vivum & sulphur, tum quod argentum vivum, fusa videantur, & ex illis arte proliciatur argentum vivum, tum quod odorem sulphureum spirant. Et eorundem opinionem multi graves viri secuti sunt. Gilgil autem Maurus cinerem quendam terre munissit, aqua infusam materiam esse metallis proximam professus est, non secus atque omnem cinerem materiam esse vitio proximam. Albertus vero humidum viscosum & tenax.

Alberti
op.

Georgius

Georgius Agricola has omnes de materia metallis proxima in mineris terrarum opiniones refellit, & succum in infideli mineris ortum, materiam metallis esse proximam, multis rationibus contendit. Scaliger metalla vocat terram aqueam, argentum autem vivum aquam terream. Quis autem harum opinionum sit verior, immorandum mihi esse non puto, cum aliam argento & auro proximam materiam natura nobis exhibeat, ut ex sequentibus elucescat. Si tamen quid sentio dicendum sit, Aristotelis opinioni & auctoritati magis innitendum & fidendum existimaverim.

Post metallorum materiam cognitionem formam etiam eorundem inquirenda est, quae nobilior est pars substantia illorum, ut & in omnibus corporibus naturalibus. Forma enim rerum omnium magis nature nomine quam materia insignita est, & ab ea sola nomen unicuique corpori naturali est inditum. Eam enim vocat plerumque Aristoteles rationem essen-

Georgij Agricola.

Scaligeri opinio.

Forma metallorum.

Formæ
metallo-
rum quæ
sint, non
facile iu-
dicatur.

Cogni-
tio for-
marum
ab actio-
nibus: a-
ctionum
ab operi-
bus de-
pendet.

Hominis

tiæ. Eò autem spectat formarum me-
tallorum cognitio, quòd arte ministra
idem argentum & aurum, atque natu-
rale, efformandum sit, quod præstari
non poterit, nisi eorum forma & na-
tura, & quæ & qualis sit, intelligatur,
& in quibus à reliquorum metallorum
formis discrepant. Metallorum tamèn
formæ non ita facile dignoscuntur, ut
reliquorum alterius generis corporù,
scilicet vegetabilium, sensilium & ho-
minum. Formarum enim cognitio ab
actionibus earum dependet, quippe
quod forma sit actus, materia verò po-
tentia. Actiones autem ab operibus
dignoscuntur. Quæcunque igitur sen-
sus plus agere ex eorum effectibus de-
prehendit, ea magis conspicuis formis
composita diiudicabit, quæ minus,
obscurioribus & minus manifestis.
Hinc sensibus magis nota est planta-
rum, forma quod vegetent, alimen-
tum suscipiant, & sibi similia præstu-
cant. Sensilium verò brutorum, quod
præter hæc & moveantur & sentiant,
notior est natura: Hominis verò for-
ma

ma omnium maximè manifesta est, forma maximè manifesta.
 quòd etiam præter hæc omnia in-
 telligendi facultate sit homo præ-
 ditus. His omnibus facultatibus
 cùm metalla priuata & orbata sint.
 (Nam nec vegetant, nec aluntur,
 nec mouentur, nec sentiunt) eorum
 formæ minùs ab actionibus digno-
 scuntur. Formas tamen habent omnia
 metalla per quas constant, & nomen
 ab iisdem habent, & ex iis sibi inuicem
 & ab aliis corporibus discerantur.
 Constant autem & concreta sunt ex
 sola elementorum permissione, Metalla sunt corpora tantum mixta. ideo-
 que nullum aliud nominis genus ha-
 bent quàm quòd mista appellantur
 corpora. Nec facultates alias habent
 præter eas, quæ ipsa constare efficiunt,
 & mistorum elementorum formam
 habere vnicam vndequaque sibi simi-
 lem. Sunt autem hæ facultates quali-
 tates elementorum calor & frigus, vt
 agentes causæ, & humidum & siccum
 vt patientes: Et quod plus patibilium
 harum qualitarum metalla habeant,
 ex perpeffione materiæ eorundem,

Formæ
metallo-
rum plus
experpes-
sione ma-
teriæ
quàm ab
actione
digno-
scuntur.

Metalla
simplici-
ter istam
sunt.

magis quàm ab actione formæ eorum
diiudicatur. Formæ enim proprium
est agere, materiæ pati. Quod si quid
agunt, in qualitarum, ex quibus con-
crevere agunt tantum, veluti calefa-
ciendo, frigesaciendo humectando &
exsiccando. Cætera corporum genera
sc. vegetabilia, animalia bruta & ho-
mines, mista quidem sunt corpora, sed
quod præter & super mixturem ali-
quid aliud præstantius habent, mista
proprie non appellantur, sed ex his fa-
cultatibus, per quas agunt, nomen ha-
bent, & formam propriam. Metalla
autem, quod nihil præter mixturem
possideant, simpliciter & absolute mi-
sta tantum appellantur, quod primæ
illæ qualitates nihil aliud in elemen-
tis effecerint, quam mixturem. For-
mas quidem omnium mistorum in in-
animorum sequuntur sua accidentia
tam communia quàm propria: Et
quod magis ea materiæ quàm formæ
conueniant, ex istis mistorum for-
mæ quales sint quadantenus intelli-
guntur.

guntur. Accidentia igitur omnibus ^{Acciden}
 metallis communia sunt, ductile & fu- ^{ria metal}
 ile. Ideoque metallum à Gebero de- ^{lis omni}
 finitur: Metallum est corpus minera- ^{bus com}
 le, fusibile, sub malleo ex omni di- ^{munia.}
 mensione extensibile. Corpus enim ^{Metalli}
 minerale genus est, fusile & ductile ex ^{defini-}
 omni dimensione, differentia est, spe- ^{tio.}
 cifica, quæ metalla à cæteris corpori-
 bus mineralibus discernit. Argento
 enim & auro sua insunt Accidentia
 propria quibus à cæteris metallis di-
 scernuntur, scilicet, quod perfectè sint
 mista, & igne non exurantur, præfor-
 tim aurum. Aurum igitur à Gebero ^{Auri de-}
 rectè sic definitur: Aurum est corpus ^{finitio.}
 metallicum citrinum, omnium me-
 tallorum gravissimum, matum, fulgi-
 dum, æqualiter in ventre terræ diges-
 tum, aqua minerali diutissime lava-
 tum examinationem cineris, & ce-
 menti tolerans. Hæc cementi per-
 pressio est differentia specifica, quod in
 hoc examine cætera omnia metalla
 exurantur, & in cinerem verantur, im-
 psum autem aurum solum incolumè

Argenti
defini-
tio.

in eodem persistat. Argentum quoque ab eodem Gebero sic definitur. Argentum est corpus metallicum album albedine pura, mundum, durum, sonans, perdurans in cineritio. Postremum hoc est accidens illi proprium, quippe quod stannam plumbum, æs & ferrum in examine cineritij pereant & corrumpantur, argentum autem in eodem persistat. Habent & cætera metalla sua accidentia propria per quæ ab argento & auro & à se inuicem differunt, de quibus tractare parum ad propositæ quæstionis dissolutiones attinet, cum de his eorumque definitionibus, satis ab eodem Gebero, Alberto Magno, Georgio Agricola, cæterisque tractatum sit. Sola nobis inquirenda est natura & forma argenti & auri, quæ ex superioribus accidentibus propriis eorumque definitione dignoscitur, ut ad eadem accidentia, materiam illis proximam à causa efficiënte arte deducamus. Etsi enim argenti & auri formæ non ita nobis perspicuè innotescant,

ut cæ-

ut cæterorum corporum, vegetabili-
 um & animalium formæ quæ ab ac-
 tionibus & effectibus deprehendun-
 tur, tamen quodcunque corpus me-
 tallicum examina argento & auro
 propria perpeti & in iisdem persistere
 conspexerimus, argentum & aurum
 esse rectè dixerimus. Rerum enim co-
 gnitio prima est a sensibus. Et ut vege-
 tabilia & animalia ab actione ita ar-
 gentum & aurum à perpeffione ma-
 teriæ diiudicamus. Horum acciden-
 tium priorum argento & auro
 causæ sunt hæ. Quod enim fusilia sint
 metalla omnia, humor est in causa. Si-
 cut enim sunt ductilia propter humo-
 ris, ex quo constant, lentorem. Quæ e-
 nim lenta sunt longissimè continuita-
 tem seruant: lentior enim huiusce hu-
 midum cum siccis partibus firmam ha-
 bet temperationem. Vtrumque igitur
 & lentior & siccitas cum certo tempe-
 ramento, efficiunt, ne malleis percussa
 comminuantur, sed ductilia sint. Et
 quo magis aut minus metallis inest
 magis aut minus alia aliis ducuntur.

Corpus
 metalli-
 cum su-
 stinens
 examina
 auri pro-
 pria, est
 aurum.

Cause
 acciden-
 tiū pro-
 priorum
 auro &
 argento.

Cur au- Vnde aurum quod lentoris plurimum
rum ma- habeat à siccitate temperati, omnium
xime sit ductile. metallorum est maximè ductile: huic
succedit argentum, inde ~~as~~ ferrum,
inde plumbum & stannum. Ob eas-
dem ferè causas, proprias in igne hu-
miditates retinent: lentor enim, ne
humidum exhalet, impedit. Sed hu-
midum aqueum, ut metalla exuratur,
prohibet. Aqua enim cum ignis
qualitates ex diametro contrarias ha-
beat, ab igne non vincuntur: Hic cas-
lidus, siccus & tenuis est, aqua frigida
humida & densa. Quò plus igitur na-
tura aquæ participant metalla, mi-
nus in illa ignis habet imperium. Hinc
aurum nullius ignis ardore exurit,
minus post hoc argentum ob easdem
causas. Cætera metalla humiditatem
habent æream, sulphuream & in-
flammabilem, quæ causa est ut igne
tandem distabescant. De his acciden-
tibus propriis plura paulò post dicen-
da sunt.

De causa efficien- Nunc de causa efficiente metalle, et-
tiam dicendum: causa efficiens est vin-
de prin-

de principium motus. Mouet enim ^{re metal-}
materiam, vt metalla ortum habeant. ^{la.}

Cum autem omnis materia sit aut
remota aut media; aut proxima: cer-
tum est, causam efficientem agentem
in remotam & mediam, vt fiat metal-
lum vniuersalem & æquiuocam esse,
non particularem aut insitam. Nullum
enim metalla ortus sui parentem a- ^{Deus &}
gnoscent, quam Deum & cœlum, ^{cœlum}
quod non à semine aliquo prodierint, ^{metallo-}
vt animata corpora, vi quorum semi- ^{rum cau-}
nibus vis delitescit à parentibus infu- ^{sa remo-}
sa, quæ semper similia gignit his, à qui- ^{ta & vni-}
bus semina dimanarint. Non sic in ^{uersalis.}
materia remota & media metallorum,
de qua, qui eorundem historiam tra-
didere, non meminerunt, sed solius
causæ efficientis & agentis in materiã
omnibus metallis proximam, id est, in
materiam, quæ ex remota & media à
causis vniuersalibus in proximam me-
tallis materiam transit. Hæc causa ef-
ficiens in materia metallis proxima est
particularis & insita, quippe, quæ ei
soli conueniat, non secus ac causa par-

ricularis in vno quoque metallorum genere. De hac causa efficiente pro-

Aristote-
lis opi-
nio de
causa effi-
ciente
metalla-

xima variæ etiam sunt opiniones. Aristoteles enim causam hanc efficiëntem ait esse frigiditatem & siccitatem, quæ in lapidibus Vaporem, quæ materiam metallis proximam iudicauit, in illis sublatum & inclusum comprimunt & densant. Quod non ita accipiendum est, vt in eorum ortu caloris efficiëntiâ neget: Illæ enim exhalationes caloris opera inter se admiscuntur, & ad aliquam spissitudinem adducuntur & concoquuntur, sed admixtio illa frigore postea densatur & in metallum euadit. Halchemistæ verò sulphur, quod partem materiæ metallorum putant, efficientis causæ vim obtinere profitentur, exemplo cinaberis facticiæ, quæ ex argento viuo & sulphure mistis concrescit. Gilgil Maurus calorem vehementissimum causam efficiëntem esse opinatur, vt in vitro, quod ex cineribus cõflatur. Albertus autem Magnus causam hanc efficientem esse ait maiorem orbis, qui formas natura-

les

Chemi-
starum
opinio.

Gilgilis
op.

Alberti
magni
opinio.

les explicat per motum cœli & quali-
 tates elementorum, ceu artifex expli-
 cat formas artis securi aut malleo.
 Verùm hæc Alberti opinio de causâ
 efficiente, potius de vniuersali quàm
 particulari existimandâ & intelligen-
 da est. Vniuersalis enim hæc causâ agit
 primùm in elementa, quæ post multas
 mutationes tandem in materiam pro-
 ximam mutat. Georgius autem Agri-
 cola de causâ efficiendi particulari
 proxima Aristoteli subscribit, quæ mi-
 hi verior sententia videtur: Ab effe-
 ctibus enim causâ proximâ digno-
 scuntur. Atqui metalla sunt corpora
 naturalia tantùm mixta simpliciter,
 nec quicquam ultra mixturem habet
 & effectus mixturem simplicis à solis
 Elementorum primis facultatibus
 proficiscitur: Mouentur enim elemēta
 & miscentur per proprias suas quali-
 tates. Calor igitur primùm miscet ea,
 & ad proximam metallis materiam
 deducit, quam postea frigus constri-
 git. Præterea hæc sententia ex indu-
 ctione probatur. Si enim in nubibus, vt

Georgij
 Agrico-
 læ opi-
 nio.

Quomo-
 do ele-
 mēta mo-
 ueantur
 & misceā-
 tur ad
 metalla
 produ-
 cenda.

aiunt, ex duplici illa exhalatione frigore densata ferrum gigni, & in terram decidere, verum est, quanto magis subtus terram ex eadem exhalatione frigore densata metalla gigni verisimile est. Hæc sunt quæ ad cognitionem naturæ metallorum quæ sola vi naturæ concreuerunt, pertinere dicenda existimaui. Nec pluribus agendum est, seu quod à plerisque probatissimis Authoribus explicata sint, seu quod alia sit arti materia proxima, aliæ causæ efficientes, naturales tamen, & quæ ad eundem tendunt scopum arte ministrant.

PARS

secunda
Argyro-
pœiæ &
Chry-
sop.

Cognitio huius materiæ proximæ & efficientis causæ apud artem secunda est in ordine partitionis Argyro-pœiæ & Chrysopœiæ. Sunt autem ad eò necessariæ, vt iis ignoratis, ars nec sciri nec dici possit. Harum cognitio viam & iter demonstrat, quibus ad finem optatum peruenitur. Ex iisdem perspectis & intellectis omnia, quæ ad hanc artem pertinent, ratiocinari quisquis poterit, omniâque, quæ aduersus

uersus artem adferuntur argumenta,
dissoluere: sine his vani & irriti sunt
conatus omnes, & cœutire necesse
est. Totis igitur viribus nitendum
est, vt exactè quantum fieri poterit,
hæc excellentissima huiusce artis pars
occulta huc vsque & nusquam à ve-
teribus tradita, explicetur & dete-
gatur. Sed priùs de materia argento &
auro apud artem proxima definiendum
est, quæ statim à causa efficiente in
argentum aut aurum perficitur, nulla
alia mutatione interueniente. Et est
individuuum speciei argenteæ & aureæ
proximè futuræ, quod tamen nondum
est argentum aut aurum actu, sed po-
tentia tantùm proxima, quæ huius aut
illius formam à causa efficiente &
mouente statim induet. Est enim In-
diuiduum quod proprietates habet,
quæ simul omnes nusquam attribuen-
tur multis. Proprietates quidem, quæ
differentiam specificam non consti-
tuât, sed habilitatem & dispositionem
tantùm habent ad formam proximam

De ma-
teria au-
ro & arg.
proxima
apud ar-
tem.

Indiui-
duum
quid sit,

¶ C j

capescendam. Exemplo sit semen caninum; quod proprietatem habet, ut proximè ex eo gignatur canis, quæ proprietas in semine equino nusquam inest, nisi post multas corruptiones & mutationes in semen caninum, si hoc fieri posset. Sic materia argento & auro proxima hanc habet proprietatē apud artem, ut paucō adminiculo in ipsamurari possit, quæ proprietas in alia materia nusquam inest. Hæc enim est lex naturæ inuiolabilis, ut nullum usquam vnius speciei Individuum, in aliud alterius speciei Individuum transeat, nisi illud prius proprietatem & potentiam habeat ad hoc posterius proximam, id est, nisi prius Individuum sit potentia proxima Individuum speciei proximè futuræ, & ortum subituræ. Hanc materiam inuestigare, qualis est in mineris naturalibus & eandem subiicere causæ efficiēti, ut in ipsam agat, & opus suum peragat est impossibile. Quippe nihil ad intelligendi vim pertinere potest, quod prius in sensu non fuerit. At materia

Causa
materia-
lis in mi-
neris no-
uē pro-
xima a-
pud artē.

teria proxima, quæ est subter terram,
 ex qua producitur à sola natura argē-
 tum & aurum, sensibus nostris est in-
 cognita. Nomen enim constat inter gra-
 ues Autores, qui hac de re aliquid tra-
 diderunt, quæ nam sit illa materia pro-
 xima apud naturam, imò dissentiunt,
 & suam unusquisque opinionem ra-
 tionibus probabili bus, non tamen de-
 monstrationibus tuetur. Quod etsi
 concedatur materiam proximam sen-
 sibus & demonstratione cōprehendi
 posse, nihilo minus posset ars extra
 minerarum locum materie potentiam
 ad actum seu formam perducere. A-
 liunde igitur disquirenda est in Argy-
 ropœia & Chrysopœia materia pro-
 xima & causa efficiens, vt viribus hu-
 ius illa erumpat in actum, & ex illius
 potentia forma argenti & auri subo-
 riat & emergat. Disquirenda est,
 inquam in re, in qua oculorum &
 sensuum iudicio hæc proprietas est
 insita, quæ estabilitas & dispositio
 quædam naturalis ad suscipiendam
 formam argenteam & auream. Huius

Materia
 proxima
 apud na-
 turam
 est inco-
 gnita.

Vbi ma-
 teria pro-
 xima me-
 tallorū
 inquiren-
 da.

Duplici
demon-
stratione
materiæ
proximæ
inuesti-
gare de-
bemus.

Poste-
rior de-
monstr.

Quatuor
accidentia
auro &
argento
cum pro-
xima ma-
teria cõ-
munia.

autem materiæ inuestigatio ex dupli-
ci demonstratione dependet : Prior
est ex similitudine totius substantiæ
argenti & auri cum hac materia pro-
xima quam quærimus. Hæc autem si-
militudo deprehenderetur sensibus ex
facili eorundem mistione & amplexu.
Hæ enim substantiæ sese referunt, nul-
lo negotio & nulla arte, sed sponte sua
coeunt. Quæ autem sit substantia, quæ
facile coeat cum argento & auro, post
hac dicemus. Posterior demonstratio
ex proprietate & habilitate & disposi-
tione materiæ erit, quæ utriusque scili-
cet argenti & auri formam apprehen-
sura sit. Hæc autem habilitas seu di-
positio manifesta erit sensibus ex si-
militudine accidentium eiusdem ma-
teriæ, quam quærimus, cum iis, quæ
argento & auro insita, intuemur à per-
pessione materiæ eorundem, & à cæ-
teris metallis potissimum distare.

Sunt autem Accidentia hæc quatuor
numero. Primum, quod argentum &
aurum non exuruntur nec inflammā-
tur. Secundum, quod partes, ex quibus
constant,

constant, humido scilicet & sicco, igne, qui cuncta dissolvit, minime dissipentur aut distraherentur. Tertium quod tenuissimæ sint essentiæ. Postremum, quod densa & gravissima sint. Propriè tamen, nequis calumniatur, hæc auro insunt, argento minùs propriè. Qui tractant artifices argentum & aurum ita de his accidentibus propriis iudicent & ut mox apertius demonstrabo. Hæc accidentia ex Aristotelis autoritate sunt corporei affectus, qui sensibus iudicantur. Materia igitur, quam facile cum argento & auro coire, & iisdem accidentibus propriis præditam esse oculis cõspexerimus, ipsa erit materia argento & auro proxima apud artem, neque alia, quæ ab efficiente causa in argentum & aurum permouebitur. Hanc suo propriò nomine describemus, si priùs argento & auro quatuor hæc accidentia in esse demonstraerimus, & causas eorundem, & quod cæteris metallis non insint, & quare. Quod igitur argentum & aurum non exurantur, nec inflam-

Materia
quæ au-
ro & arg.
proxi-
ma.

I.
Aurū &
arg. nōc-
xurātur.

C iiij

mentur, ex eo apparet, quòd liquata igne nullum vaporem sulphureum aut inflammabilem spirent: causa est, quòd omni substantia sulphurea & inflammabili & vinctuosa expertia sint. Omne enim ferè corpus naturale duplici constat humore, altero vinctuoso, oleoso & inflammabili, ut est sulphur, oleum, adeps. Altero aqueo, quo tanquam visco terrenarum corporum partes vinctæ coherent, quique rerum omnium ex Elementorum permistione concretionum communis est. Quodcumque igitur corpus inflammationi subiectum est, humiditatem habet oleo finitimam, huiusque solius genera conflamat. Quippe quæ ab aere orta aeris qualitatem calidam retineat. Aqueus autem humor, qui terrenarum partium est gluten, ab igne vinci non potest. Ille enim frigidus, humidus, hic ignis calidus & siccus. Et cum contrariis inter se, ut etiam iam dictum est, pugnent qualitatibus, neutrum cedit alteri. Solus igitur aqueus humor argentum & aurum tueri, ne ab igne exuran-

exurantur. Nullius enim humoris oleosi aut sulphurei sunt participia, qui igni ferat opem, ut victoriam aduersus humorem aqueum, qui iisdem inest, referat. Reliqua verò metalla, quòd sulphure cuiusdam humoris, qui etiam odore deprehenditur, participia sunt, exuruntur & nigredinem ab igne contrahunt. Quod autem argenti & auri partes essentielles, scilicet, humidum & siccum, ex quibus constant, igne non dissoluantur nec secernantur colliquatio eorundem sæpius igne reiterata fidem facit. Nihil enim ex eorum pondere decedit. Equidem memini me superioribus annis vnciam auri purissimi testaceo vasculo inclusi, & alteram vnciam argenti puri etiam altero vase separatim inclusi eo loco, quo vitrum vitrariorum fornace liquatum est perpetuo, collocaſſe, ibique ambo fusa & liquata duobus continuis mensibus permaniſſe, iisque transactis & à vasculis & fornace utraque exempta stateris librasse, & auri quidem nec minimum de pondere

Auri & arg. partes essentielles nō dissoluuntur igne.

Experimentum.

decidisse conspexi, argentum verò
duodecima tantum parte. Quod sanè
admiratione dignum est, verissimum
tamen esse ipsa experientia didici.

Causa &
ratio.

Huiusce autem rei causa est, perfecta
sicci & humidi mixtio & vnio, quæ
tam artissimo fœdere sunt iuncta vt
etiam ignibus violentissimis indisso-
lubilia sint. Humidum enim tēperatur
à sicco; & siccum à humido, & fit in
vtroque argento scilicet & auro sub-
stantia vna æqualis, & in suis partibus
similaribus homeomera & vniformis.
Hinc cum nititur ignis ipsa rarefacere,
& dissoluere, & humidum aquëum in
vaporem efferre, tucetur & retinetur à
ferreo ne etiolet. Contra cum ignis
idem terreū ab humido secernere con-
tendit, & in cinerē vertere, cohibetur
ab humido; ita vt vtrumque tutum,
incolume & inuictum in ignis pugna
persistat. Hæc autem indissolubilis
mystio & vnio propriè de auro est in-
telligenda, cuius meminit sacra scri-
ptura: Probabit, inquit, nos Deus tan-
quam aurum in fornace. Et Augu-
rellius

Solida
mystio
humidi
& sicci.

rellius in sua Chrysopeia sic cecinit.

*Vni quoniam nil deperit auro
Igne, velut solum consumit nulla
vetustas,
Ac neque rubigo aut ærugo conficit
ulla
Cuncta adeo miris illis compagibus
hærent.*

Huic solidæ mistioni proxima est argenti puri mistio, cuius etiam meminit Regius Psalmista. Eloquia, inquit, Domini, eloquia casta argentum igne exanimatum, terræ probatum, purgatū septuplum. Attramen igne purum illi deperit & exurit. Quod enim superius igni duobus mensibus colliquatum duodecima parte pristini ponderis deperiisse dixi, in superficie vitro citrinissimo opertum vidi, quod malleo sub incude percussum separatum fuit a argento quod intus purum perstitit. Hæc duodecima pars argenti deperdita & exalta in vitrum

in bono
argento
parum
deperit
in igne

illud citrinissimum transiit. At reliqua
 metalla omnia pauco tempore igne
 continuò agente exhalant, & metal-
 licâ materia & forma euanescente &
 pereunte, quod superest, in vitrum
 transmutatur. Omne enim, vt rectè
 sensit Geber, propria priuatum humi-
 ditate fusionem nullam dat præter vi-
 trificatoriam. Cuius dissolutionis &
 corruptionis causa est etiam contra-
 ria, ei quam in argento & auro dixi-
 mus, scilicet quod humidum quod-
 dam sulphureum & inflammabile hu-
 mido eorum aqueo permistum sit,
 tum quod illorum mistio sit imperfe-
 cta ad mitionem argenti & auri col-
 lata. Tenuitas autem argenti & auri
 est mirum in modum dilatabilis sed
 auri incredibilis ex eo deprehenditur,
 quod vnica illius vncia superficiem
 corporis aliquis inaurabit, quam ar-
 genti decem vnciæ vix inargentarent,
 id norunt inargentores & inargentato-
 res. Cætera verò metalla nihil ad auri
 tenuitatem accedunt. Causa autem
 tantæ tenuitatis est puritas humidi
 defecati

Vitrifi-
 catio me-
 tallorū.

Quod au-
 rū & arg-
 tenuissi-
 ma sint,
 & quare.

Puritas
 humidi
 defecati.

defecati in argento & propriè in auro. Causa verò crassitie est impuritas ^{Densitas & grauitas auri & arg.} terrestris. Tandem & postremum accidens proprium auro & argento præsertim auro præ cæteris omnibus, est densitas & grauitas. Et vt certò sciatur, quanta grauitate aliud ab alio distet, quod ter expertus sum, proferam. Vnumquodque metallorum in filum trahi & produci auri fabro mandauimus, qui etiam & chalybem: Filum auri forcipibus scissum est, dum stateris penderet sexaginta duodecim grana, deinde vniuscuiusque metalli fila eodem foramine tracta & producta eadem longitudine separatim scissa sunt. Sic vnumquodque filum statere appensum fuit. Auri filum vt dixi, dragmam, quæ sexaginta duodecim sunt ^{Proportio grauitatis metallorū.} grana pendere vidi: filum argenti eiusdem longitudinis eodemque foramine tractum triginta sex, plumbi iidem triginta sex: filum æris triginta, filum chalybis viginti septem, filum ferri viginti sex, filum denique stanni viginti quinque. Causa tantæ grauitatis ^{Causa}

grauita-
tis in au-
ro.

Causa
cōtrariæ.

Materia
proxima
quæ.

tatis auri est æqualitas & vniformitas
partium eiusdem, & perfecta mistio,
tūm verò puritas & tenuitas, & eorun-
dem humidi & sicci perfecta decoctio
& incrassatio, tandem etiam substan-
tiæ sulphureæ & aureæ priuatio. Cau-
sæ autem contrariæ sunt, ne tam gra-
uia sint metalla reliqua, scilicet dissi-
militudo partium heterogenearum in
metallis, imperfecta mistio, impuritas,
crassities, & in quibusdam imperfecta
decoctio, in aliis exustio, & in omni-
bus sulphureæ substantiæ aureæ & le-
uis mistio. Quæ igitur materia magis
tota substantia argento & auro erit si-
milis, magis quam ad propria iisdem
accidentia accedet, ea profectò iudi-
canda erit proxima materia, in quam
incumbere, & conatus omnes impen-
dere Argyropœiæ & Chrysopœiæ ar-
tifices necessariò oportet, si naturam
velint imitari, & vi efficientis causæ,
de qua mox dicam, formam argenti
aut auri eidem inducere. Proximæ e-
nim vnicuique materiæ, quam con-
sumpturam potentiam dicimus, statim
vi causæ

vi causæ efficientis extrinsecus accedit forma, naturali quadam & quasi dicas inuitabili necessitate, vt rectè tradidit Ambianensis ille medicus Fernelius summus Philosophus lib. priore de abditis rerum causis. Nonne vides puluerem illum pyrium statim multa mortalium internecione, flammam attritu concipere? Quippe quod nulla alia materia igni sit proximior ob siccitatem & tenuitatem pulueris, quæ qualitatibus ignis conueniant: per motum autem fit calor. Sic qualitatibus omnibus argenti & auri concurrentibus in materia proxima, ex ea fit argentum & aurum. At nequē quam diutiùs remorer aut suspensum tencā & ratione ex iis quæ dicta sunt, & experientia, quæ inferius narrabitur, probare possum argentum viuum esse illam argento & auro materiam proximam potentia. Cuius fidem faciet demonstratio ex iisdem, quæ diximus, scilicet similitudine totius substantiæ argenti vini cum argento & auro, & consensione eorundem acci-

Fernelius.

Est materia proxima auro & argento apud artem.

Similitudine totius substantiæ

refert au-
rum &
arg.

dentium priorum cum vtrisque.
Primum notunt inauratores cum nullo alio metallo argentum viuum libentius coire, quàm cum auro puro, hinc cum argento, ex quibus malagma conficiunt; præsertim ex auro & argento viuo, cum volunt inaurare vasa, & quò purius vtrunque, eò celerius miscetur alterum alteri. Quod nulla alia ratione fit, quàm propter similitudinem totius substantiæ. Cætera verò metalla non ita libenter amplectuntur argentum viuum, aut si coit cum iis, vt cum stamno & plumbo, non propter similitudinem substantiæ, sed propter indefinitum eorum humidum, aut quòd illis inest argentum viuum. Quod autem argento viuo eadem quæ in argento & proprio auro diximus accidentia, insint, etiam demonstratione probatur. Omnis enim humidi oleosi vinctuosi & sulphurei expers est. Hinc non exuritur, minùs inflammari potest. Hinc in illud ignis imperium non habet, nec sulphur, quod omnia exurit metalla, auro

Quod
accidentia
propria
& communia
cum auro & arg.
habeat.

auro excepto: id enim manifestum est
 sensibus. Excoquitur enim Cinnabe- Experi-
mentum
Cinna-
beris.
 ris factitia ex argento viuo & sulphu-
 re, & trita & mista oleo tartari, & igne
 valido in vase vitreo luto obstructo, in
 vaporem sursum elata, redit in argen-
 tum viuum, nec quidquam illi deperit.
 Idem in argento viuo sublimato eue- Igne nō
exuri-
tur.
 nit, ita ipsum appellant. Hæc norunt
 artifices. Quod si cum argento viuo à
 natura mista fuisset portio quædam
 sulphureæ exhalationis, minimè dubi-
 tandum esset, ipsum inflammari & e-
 xuri potuisse, vt in cæteris metallis;
 auro excepto, euenire solet. Quod ve- Non dis-
solvitur
igne.
 rò ad perfectam partium illius scilicet
 sicci & humidi, vnionem & mistio-
 nem attinet, igne nō minùs, quàm au-
 rum dissolui potest. Fertur quidem in
 vaporem suum, sed non propterea
 partes illius, ex quibus constat, igne
 dissoluntur. Nam si ille vapor igneo
 calore agente, in vas recipiens, delaba-
 tur, in priorem argenti viui speciem
 coibit & redibit, nulla detracta parte
 pristini ponderis. Nec quidquam sub-

stantiæ illius est in vase, ex quo vapor ille emigrauerit, subsidebit. Est enim vniformis omninò substantiæ & similiarium partium non tamen est æqualiter mistum, quantum ad temperamentum attinet. Vincit enim humidum in mitione: hinc in vaporem abit igne agente: ea quoque de causa non est ductile. Quòd autem sit tenuissimum, ex eo apparet, quod corio inuolutum & expressum vehementer, transmeat corio illæso, quod oleū, quamuis sit tenuissimū essentię, transmeare non posset. Tandem argentum viuum eandem ferè grauitatem habet cum auro, sexta enim tantum parte auro minùs graue esse etiā experientia didici. Quamuis Geber ipsum profiteatur auro esse grauius, sed forsitan de argento viuo purgato & paululum ab humiditate nimia arte vindicato intellexit. Horum omniū accidentiū cum auro communium eadem sunt causæ quas in auro diximus. At verò argentum hoc viuum quod dicimus esse materiam argento & auro proximam

Cur in
vaporem
abeat.

Grauitas
argenti
viui.

arg. vi-
uum est
duplex.

mam non solum est illud vulgare ar-
 gentum viuum, quod palam à merca-
 toribus venit, & ex Hispania aut Ger-
 mania aduehitur: verum etiam illud,
 quod ex corporibus imperfectè mi-
 stis, plumbo, stanno, ære, & ferro sub-
 tili arte prolicitur. Inter quæ omnia &
 vulgare hoc nostrum nulla, nisi in solis
 accidentibus quibusdam, est differen-
 tia. Fluida enim ferè sunt æquè & euf-
 dem proportionis & gravitatis. Ve-
 rum argentum viuum corporum ma-
 gis est coctum vulgari, quin etiã inter se
 aliud alio magis aut minus digestum est.
 Omnia tamè vi ignis in vapore ferun-
 tur sursum, alia celerius, quæ minus
 cocta alia tardius, vehementioris quæ
 ignis vi, quæ magis decocta sunt. At-
 que hac de causa argentum viuum vul-
 gare, quod indefinita valde habeat hu-
 miditatem omnium celerrimè in fu-
 gam vi ignis abit. Quod autem in cor-
 poribus metallicis insit argentum vi-
 uum, ex eo quodammodo iudicatur,
 quod fusa & igne liquata omnia ar-
 gentum viuum fluidum conspiciun-
 tur, quamuis frigore proprio ab igne

Arg. vi-
 uum cor-
 porum est
 magis
 coctum,

Com-
 mune
 habet in-
 definita
 humidi-
 tatem.
 Arg. viuum
 corpori-
 bus me-
 tallicis
 insit.

deposita rursus constent. Equidem vidi & noui ex omnibus metallis ferro excepto, argentum viuum fluidum excernere, beneficio argenti viui vulgaris. Abluendo enim & macerando perfectè, quicquid impurum est, & à natura argenti viui alienum, abit in fecem, quod superest vaporario calore soluitur. Quod si vltra progredi liceat, ausum affirmare argentum viuum nihil aliud esse, quàm argentum & aurum crudum & indefinitum, quod à causa efficiente definitum statim in illa transit, quod magis apertum posthac fiet. Nolim tamen ex hoc inferre, metalla ex argento viuo seu materia proxima fluxisse, vt Alchemistæ sentiunt, imò potiùs cum Aristotele & Erasmo sentio, materiam proximam fuisse vaporem exhalatione concretum. Et veluti alimenta in animalium corporibus vertuntur in sanguinem cum antea sanguis non fuissent: sic & materia, quæcunque illa sit, ex qua metalla ortum habent, non fuit eadem post eorum ortum, sed argentum viuum definitum.

Ex metallis extrahitur commune.

Arg. viuum quid sit.

definitum, quod metallum appellatur,
specie tamen aliud ab alio ob diuer-
sam mixtionem, distinctum. **Constans** Conclu-
ergo sit & raturum, nullam aliam mate- dit Au-
riam argento & auro proximiorē ef- thor nul-
se apud artem, quā argentum viuum lam ma-
tam vulgare, quā quod metallis im- teriam
perfectē mixtis inest. In illud, ut ma- apud ar-
teriam, omnes conatus impendant, tē proxi-
quicunque Argyropœiæ & Chryso- miorē
pœiæ fructus expectant: profligetur esse arg.
omnis alia materia sulphurea, vinctuo- vino.
sa, inflammans, adurens, inflammabi-
lis & adustibilis. Sola substantia argēti
vini aquea, subtilissima viscosa, indif-
solubilis, nullius ignis ardori cedens,
sit pro materia argento & auro proxi-
ma. Ipsum enim est quod ignem vin-
cit, nec ab igne vincitur. De materia
argento & auro proxima satis. **His i-** De Cau-
gitur de ea sic constitutis ad cognitio- sa effi-
nem causæ efficientis progrediendum ciente.
est: quæ tanto nobilior & præstantior
est, quanto artifex suo opere. Ipsa e- Causa ef-
nim est, ut dixi unde est principium ficiens
motus, quæ omnia corpora naturalia quid sit.

mouet vt talia sint, qualia ipsa esse intuemur. Dixi etiam ipsam esse vniuersalem aut particularem. Et vtraque in genere definita est. Est etiam vtraque naturalis, sed quæ aliquando suo proprio impetu mouetur, nec aliunde, quam à natura sola impellitur, vt agat. Qualis est in generatione metallorum in visceribus terræ, quæ sola vi naturæ prodire. Qualis etiam est in argento viuo vulgari, & eo quod corporibus metallicis obuolutum est, quæ sola natura in lucem edidit. Quæ autem & quales sint hæ causæ naturales, certò scire & alloqui non potest mens humana, nec satis constat inter peritiores, qui de hisdem tractauerunt. Sufficiat nobis naturæ liberalitas, quæ à suis causis efficientibus occultis argētum viuum vulgare, & quod corporibus metallis eis potentia proxima est insitum, vt rō nobis obtrulit, quod nobis materiam proximam esse diximus. Ea inuestiganda est nobis tantum causa efficiens particularis, quæ mouet hanc materiam, vt ex ea concreascit argentum

Causæ efficiētes naturales nobis incognitæ.

tum vel aurum. Huius autem efficien- Causa ef-
 tis causæ natura ex eiusdem definitio- ficiens
 ne, sicut & in cæteris rebus omnibus, particu-
 intelligetur. Hanc autem definire, tum laris in
 ex viribus, per quas agit, tum ex mate- hac arte.
 ria argentifica aut aurifica, cui vires
 hæ inhaerent, necessarium esse existi-
 mauimus. Non enim, sicut in reliquis
 seminum generibus, vis sua prolifica
 cuiquam inest. Sic & in materia nostra Vis artij-
 proxima vis argentifica aut aurifica fica non
 inest. In ouo enim vis sua efficiens in- inest ma-
 est, quæ calore adiuuante externo terix pro-
 pullum edit. Sic & in plantis & reli- ximæ.
 quis animalium seminibus vis sua pro-
 lifica inest, nec aliunde exquirenda.
 At materiæ nostræ proxima vis sua ar-
 gentifica aut aurifica non est insita,
 quæ tandem in argentum aut aurum
 promouere possit, sed est in alia mate-
 ria, eiusdem tamen generis sed formæ
 nobilioris, cuius differentię ratio in
 progressu explicabitur. Causa igitur Defini-
 efficiens est vis & facultas argentifica, tio causæ
 quæ per qualitates suas igneas, calore efficien-
 etiam externo iuvante materiam pro- tis apud
 - artem

ximam seu argentum viuum , quod stanno , plumbo, zri & ferro potentia inest, diducit & resoluit , & idem, nec non argentum viuum vulgare concoquit , & mitionem eiusdem nondum perfectam perficit, & radicatus fingit, ut in ipsum , iam perfecta & consummata mitione , noua argenti vel auri forma influat. Argyrogonia autem est semen argentificum, ex argento vel auro prius soluto perfecte concoctum, seu tinctura argentifica candidi coloris. Sicut Chryso-
gonia est semen aurificum ex auro prius soluto perfectissime concoctum, seu tinctura aurifica rubri coloris, admirabili tenuitate substantiæ prædita, quibus à natura vis illa argentifica & aurifica inest. Qualitates autem illæ igneæ, per quas agunt, arte & concoctione iisdem sunt acquisitæ. Ex quibus definitionibus satis intelligitur vires agentes bifariam diuidi. Aliæ sunt ut præcipuè agentes, aliæ ut adiuuantes. Præcipuè agentes sunt vis argentifica & aurifica, & qualitates igneæ semini argenti-

Argyro-
gonia
quid sit?

Chryso-
gonia
quid sit?

Causæ ef-
ficientes
duplices
sunt.

gentifico & aurifico insitæ. Adiuuan- Causæ
adiuuan-
tes.
tes autem, ignis & calor externus.
Quin etiam & semen illud bifariam
diuiditur, vt aliud sit argentificum,
aliud aurificum. Hæc autem omnia
explicatione luculentiori egent, vt
veritas quæstionis propositæ: An sit
Ars, clarius elucescat.

In definitione igitur vis efficiens Defini-
tionis ex-
plicatio.
est genus. In omnibus enim corpori-
bus naturalibus, quæ ortum subiere,
seu ex semine, seu ex quopiam loco
seminis, vel in iis, quæ in interitum abie-
re, vis primum & facultas quædam ad-
fuit, quæ in hæc ageret, eaque moue-
ret, quæ alioqui sine motu eadem per-
stitissent. Hæc vis efficiens à triplici Omnes
vires &
facul-
tates effi-
ciē-
tes à tri-
bus pro-
ficiuntur.
fonte promanauit. Quippe cum in o-
mni corpore naturali tria hæc insint,
Materia, forma & temperamentum,
ab iis, nec à pluribus, vires omnes pro-
ficiſci, certum est, quæ adeo inter sese
connexæ sunt, vt mutua opera indi-
geant, nullaque possit seorsim consi-
stere. Sed harum omnium præstantis-
sima & efficacissima ea est, quæ à for-

Proprie-
tas rerū
à forma
oritur.

ma proficiscitur. Quod enim nobilior
fit & materia & temperamento, præ-
stantiores effectus eam edere oportet. Hæc vis, quæ à forma ortum ha-
bet, proprietas appellatur, quæ sua in-
est cuique formæ natiua, nec arte ali-
qua comparati potest, sed à sola natu-
ra. Itaque in definitione dicitur pri-
mum, vis & facultas argentifica & au-
rifica Argyrogoniæ & Chrysoconiæ à
natura insita. Vt enim in semine can-
is vis infra est, quæ seminis materiam
mouet, vt generetur canis, quæ vis &
facultas in nullo alio inest semine, sic
& in semine argentifico aut aurifico,
vt fiat argentum aut aurum, vis sua in-
est. At quoniam hæc vis & proprietas
est accidens, quod per se subsistere
non potest, sed semper substantiæ in-
hæret, idcirco addita est definitio Ar-
gyrogoniæ & Chrysoconiæ seu sem-
per, & ex qua materia ortum habe-
rent, scilicet quod argento semen ar-
genti, & ab auro semen auri trahat o-
riginem: nam etsi inani sunt hæc cor-
pora, neque sibi similia in mineris ter-
re pro-

Semen
Argenti
ab argen-
to, auri
ab auro
origine
trahit.

re procreant, tamen arte impellente per translationem sibi similia producere dicuntur, cum in semen, vel in id, quod locum seminis obtinet, transfundunt. Et veluti dicimus, canem esse causam efficientem canis, sic etiam argentum argenti, & aurum auri. Hinc pulchrè Augurellius.

Aurum
est causa
efficientis
auri.

*Hordea cui cordi demum ferit hor-
dea, ne tu*

*Nunc aliunde pares auri primordia,
in auro*

*Semina sunt auri, quamvis abstracta
recedant*

*Longius, & nobis multo querenda
labore.*

Quamvis autem à forma eiusque viribus effectus omnes, quoscunque cernimus, primum maximeque proficiuntur, attamen sine qualitatibus primis Elementorum, quæ sunt in isto corpore esset inefficax, non secus atque artifex sine instrumentis: non quòd instrumenta agant, sed quòd per

Forma
sine qua-
litatibus
primis
ad agen-
dum in-
efficax.

ea melius agatur. Ideoque in definitione dixi, facultates argentrificas aut aurificas agere per qualitates igneas.

Qualitatum primarum vires.

Tantas enim qualitibus primis vires tribuerunt veteres philosophi & Medici, præsertim Galenus, ut per eas, quæcunque omnia hac mundi vniuersitate conspiciamus, ab iis orta existimauerint. Qualitates autem igneas dixi, quod maxime præ cæteris agant, imò nisi à cæteris, quibus perfusæ sunt, vis earum obtunderetur, omnia pef-

Calor & frigus agunt.

fundarent. Has qualitates agentes, calorem nempe & frigus, solas esse causas efficientes corporum similiarium, statuit Aristoteles, dum solam eorum materiam considerat. At cum ad formam peruertit, ut qua re hoc argentum sit, hoc aurum, aliam causam constantiorem, esse ait scilicet formatricem.

Forma digerit qualitates primas.

Hæc enim facultas formatrix diligit qualitates primas ut agant, & moueant materiam ad formam, qualis est in mouente actu seu virtute. Sic & vis argentrifica aut aurifica per qualitates igneas mouebit materiam, nostram
proxi-

proximam, ad formam argenti aut auricapeffendam. Erunt etiam ad iumēto qualitates secundæ, quæ à materia ortum habent, ut tenuitas & subtilitas substantiæ: non quòd agant, sed quomodo forma per qualitates priores & principes, ita & hæ per posteriores validius aut hebetius agunt. Quapropter definitioni additum est, semen hoc admirabili tenuitate præditum esse, quod omnes materiæ nostræ proximæ partes celerrimè subeat & penetret. Vtręque autem qualitates tam priores, quàm posteriores, cum sint accidentia, arte intendi posse diximus. Et ob hanc solam intentionem forma acutiùs agit, tamen si ipsa, ut dicunt Physici, non recipiat magis aut minus. Intendi etiam ex Aristotelis testimonio constat, quod omnia concocta, calida esse affirmet, cum prius essent frigida: & quò plus cocta, eò calidiora esse. Hæ igitur sunt causæ præcipuæ efficientes. In omni enim rerum naturalium effectione species primum est & præcipuum efficiens. Quo circa Argyrogonia argentum, &

Qualita-
tum secu-
darum
vires.

Qualita-
tes hæ at-
te inten-
di pos-
sunt.

Forma
præcipua
est causa
efficientis.

Tempe-
ramentū
adiuuat
formam.

Chryfogonia aurum generat in mate-
ria nostra proxima. Temperamentum
verò igneum & materiæ tenuitas tan-
quam instrumenta facultati formatri-
ci subsidio veniunt. De utroque au-
tem semine differendi ratio, quod sol-
uendum & concoquendum sit, &
quomodo ad aliam quæstionem refe-
renda est interdum solutione & con-
coctione obiter in definitione dictum
non intelligatur ex argento solam tin-
cturam candidam argenticam depromi
posse: Ex auro verò eandem & ru-
bram aurificam. Forsitan de utroque
semine inferius plura dicenda sunt.

Vis effi-
ciens ad-
iuuans.

Vis autem adiuuans etiam in defini-
tione proponitur, quòd non agat pri-
mum nec præcipuè, sed ut externa iu-
uet istam ad agendum: Ea causa ad-
iuuans est calor externus. Hic in om-

Calor
exter-
nus.

nium corporum naturalium ortu ad-
eò est necessarius, ut huius ope causæ
illæ efficientes præcipuè destitutæ &
orbatae tanquam sopitæ iacerent, nec
vllum prorsus effectum producerent.
Nam plantæ sine aeris circum am-
bientis

bientis calore nusquam coalescerent.
 Oua sine calore gallinæ, aut alterius a-
 uis ea fouente, nusquam pullos ex-
 cluderent. Et animalium foetus abs-
 que calore matris in utero extingue-
 rentur. Nec minoris æstimanda est ca-
 loris externi vis, in toto opere hoc cõ-
 ficiendo. Imò Aristoteles causam præ-
 cipuam efficientem in mineris metal-
 lorum tribuit qualitatibus externis,
 calori scilicet concoquendi & frigori
 constringendi. Calor igitur hic exter-
 nus, quicquid in metallis imperfectè
 mistis ab argenti viui natura est alien-
 um, secernit, diducit, & exurit. Idem
 qualitates igneas utrique semini insi-
 tas, dum concoquitur & producitur,
 intendit, & in immensum auget. Idem
 easdem, dum semen in metalla proii-
 citur, aut in argentum viuum vulgare,
 adiuuat, ut geminatis & multiplicatis
 viribus, ipsa misceant, decoquant, &
 priorem mitionem imperfectam in-
 teruertendo aut perficiendo iisdem
 argenteam aut auream accendant.

Caloris
 externi
 vires &
 effectus.

Actiones & opera eius efficientis. Postremò definitioni additum est, causam efficientem mouere, dissolvere, missionem perficere, vt quæ illius essent manibus opera, demonstrarem.

Motus quid?

Finis quid?

Primum enim omnis causa efficiens mouet subiectum, aut materiam ad finem aliquem: Motus autem est via & fluxus inter materiam & finem illum.

Finis autem est vel forma, vel quantitas, vel qualitas, vel locus. Causa igitur efficiens mouet ad varios fines. Et cùm finis Argyropœiæ aut Chrysopœiæ sit, vt producatur argentum vel aurum. Ergò motus ille ad nouam formam contendit. Forma enim plumbi, stanni, æris, ferri, & argenti viui non est forma argenti vel auri, sed illa sunt horum subiectum & materia: & per-

Pereunte forma vna inducitur altera.

euntibus formis cùm materia sine forma subsistere non potest hanc aut illam, scilicet argenti aut auri, induci oportet. Videndum est igitur, qua motus specie abeuntibus formis à stanno, plumbo, ære, ferro & argento viuo (quibus perpetuò inhzrere non possunt, si moueantur) alia eisdem scilicet

licet argentea aut aurea succedat. Exi- Motus
ad for-
mam ad
semper
est per
genera-
tionē &
corru-
ptionē.
 stimatur vulgo, motum omnem ad
 formam esse per ortum & interitum,
 seu generationem & corruptionem,
 quorum alter alteri semper succedat.
 Et ortum quidem esse motum, aut po-
 tius mutationem à non esse ad esse,
 interitum verò ab esse ad non esse.
 Quod verum esse concedimus in stir-
 pum & animalium ortu & interitu. At In Corpo-
ribus sim-
pliciter
mixtis
forma
per mi-
stionem
induci-
tur,
 in solis corporibus simpliciter mixtis,
 non per generationem & corruptio-
 nem, sed per dissolutionem & mistio-
 nem simplicem formam induci subie-
 cto demonstrabimus. Subiectum au-
 tem hoc, quod corrumpitur aut gene-
 ratur in vegetabilibus & animalibus,
 aut dissolvitur & miscetur in mixtis
 simplicibus tantum remotum aut pro-
 pinquum. Nam quod est manuum, id
 est, semen, aut quod vicem obtinet se-
 minis, nec corrumpitur, nec dissolui-
 tur, sed illius ortus est per solam per-
 fectionem. Quæ omnia dilucidius ex-
 plicare constitui, ne paradoxum pro-
 ferre videar, cum quod & soluendæ

Motus in
Argyro-
pœia &
Chryso-
pœia est
mistio &
dissolu-
tio sim-
plex.

quæstioni propositæ, tùm omnibus fe-
rè argumentis Erasti hac explicatione
posthac satis fiet. Omnis motus in Ar-
gyropœia & Chrysopœia est in mi-
stione & dissolutione simplici. Quid
autem mistio & dissolutio sit, quomo-
do diuidatur, & in quibus ab ortu &
interitu differat, & quid vtrisque
commune sit, dicam, quoniam quæ-
stiones hæc magni admodum sunt mo-
menti.

Mistio
quid sit
Aristote-
li.

Defini-
tio Mi-
stionis a-
lia.

Varia de mistione sunt opiniones.
Aristoteles sub finem tractatus de mi-
stione sic eam definit. Mistio est mi-
scibilium alteratorum vnio. Hanc
definitionem reprehendit Scaliger li-
bro Exercitationum suarum, eamque
indignam Philosopho reputat, & sic
definit. Mistio est motus minimo-
rum corporum ad mutuum conta-
ctum. Hæc definitionis varietas, &
quæ de ea plerique senserunt, pro-
pter mistionis vocabulum æquiuo-
cum difficultatem pepererunt. Cùm
enim omnia, quæ diximus naturalium
corporum genera, scilicet manima vt
lapides

lapides & metalla & animata, vt stirpes & animalia, ex elementorum permistione concreuerunt, mista omnia appellari possunt. Sed primi generis corporibus mistionis nomen propriè conuenit, & per solum mistionis motum ortum habuere: at aliorum corporum genera etiam præter mistionem aliquid aliud habent, nec illorum perfectio à solo mistionis motu prodit. Hinc Aristoteles ante mistionis definitionem discrimen ipsius à cæteris mouentibus mutationibus posuit, obscurè satis & breuioribus verbis, quàm necessarium fuisset: & mistionis diuisionem silentio præterit, nec verbum vllum de dissolutione simplici, quæ mistioni aduersatur, addidit. Cum autem, vt dixi, mistionis & dissolutionis vocabulum sit æquiuocum & in æquiuocis partiendum prius, quàm definiendum, vtriusque diuisionis aliquæ afferendæ sunt, scilicet tam eius quæ generaliter & confusè, quàm eius, quæ propriè mistio dicitur. Mistionis vocabulum indicat ea, quæ mi-

Corpora
inanimata
per so-
lam mi-
stionem
oriuntur.

Mistio &
dissolu-
tio oppo-
sita sunt.

Mistio-
nis diui-
sio pri-
ma.

scuntur, plura esse numero. Mistio alia est prior, alia posterior: prior est, quæ ex primorum quatuor elementorum concursu proximè & immediatè fluxit, qualis est in lapidibus & metallis, & inanimis & subtertaneis corporibus, quæ primam esse eorundem Elementorum sobolem diximus. Posterior verò est, quæ ex iam mixtis elementis prodiit, qualis est in stirpibus & animalibus, eorumque partibus. Aliter potest diuidi, ut alia sit à natura sola, qualis est in omnibus corporibus naturalibus, quæ solius naturæ vi con-creuerunt. Alia ab arte, qualis est in corporibus iam à natura ortis, quæ rursus arte miscentur, ut in diuersæ speciei corporibus, seu sint fusilia, aut liquida, aut sicca, aut minutissima corpuscula trita. Sed & eiusdem mistionis alia est diuisio, ut altera sit ad formam unicam eorum, quæ miscentur, constituendam: qualis est in omnibus corporibus naturalibus, quæ suam quæque eamque unicam formam consecuta sunt: Altera est, quæ ad unio-

nem

Diuisio
secunda.

Diuisio
tertia.

nem minimorum corporum & contactum, manentibus eorum formis natiuis, qualis est in liquidis corporibus, ut aqua & vino mixtis, aut fusilibus aut metallis, aut siccis, quæ in tenuissimas partes redacta simul miscentur. In hac enim mistione, diuersa hæc corpora suas quæque formas retinent. Alia etiam est eiusdem mistionis diuisio, ut alia sit perfecta simpliciter, alia comparatè. Mistio perfecta simpliciter est eorum quæ cum diuersarum essent prius specierum, postquam coierint, vnicam formam substantialem adepta sunt, ut sunt omnia corpora naturalia. Mistio perfecta comparatè est, quæ etsi simpliciter in sese inspecta perfecta dicatur, ad alias tamen collata magis aut minùs perfecta est, tam in his quæ diuersorum sunt generum, quàm quæ diuersarum sunt specierum sub vno genere proximè comprehensarum. Quin etiam & hæc mistionis perfectio comparata variè æstimatur, aut exactionibus corporum quæ mista sunt, præ-

Diuisio
quarta.

Mistio
perfecta
compara-
tè æsti-
matur
variè.

E ij

stantioribus aut ignobilioribus : aut ex connectione partium mistorum corporum solida vel imbecilla : aut rã ex viribus & actionibus corporum mistorum , quàm eorundem compagine. Mistra enim tantum corpora, ut lapides & metalla, si eorum vires & actiones considerentur , ignobiliora cæteris corporum generibus iudicabuntur, quod ex sola elementorum mistione constent. At plantæ motum quendam habent, animalia magis manifestum : homines verò præter motum rationis & intelligentiæ sunt participes, & præstantissima edunt opera. Itaque agendi facultate magis definiuntur. Et hac ratione perfectiora dicuntur mista inanimis, nec non cæteris aliorum corporum generibus. At si iisdem plantis & animalibus connexionẽ & soliditatem opposuerimus horum sanè mistio erit perfectior. Nõ enim ita facillè in partes distraherentur aut dissoluẽtur, quippe quod magis perpetiendi quàm agendi munere defungantur : Sed & inter se lapides & metalla,

Propter
vim agẽ
di stirpes
& ani-
malia
perfe-
ctiora
sunt quã
mista.

Mista
simplici-
ter
perfe-
ctiora
sunt pro
pter per-
fectio-
nem.

talla, & hæc inter se collata etiam perfectè magis aut minùs mista dicentur.

Quorum enim metallorum partes, ex quibus constant, humido scilicet & sicco, adeò tenaciter hærent, vt igni dissolui aut distrahi hard quaquam possint, perfectiùs mista dicentur, vt ar-

gentum & aurum. Atque hac de causa etiam argentum viuum.

Arg. viuum perfectius mistum est.

Quæ enim præter hanc arctam & indissolubilem mitionem adeò æquali sunt temperamento, vt ferri sursum igne nequeant, perfectiora etiam mista appellantur,

Perfectiora mista igne sursum non feruntur.

vt eadem argentum & aurum, secundum vniuscuiusque perfectionis gradum. Quorum omnium accidentium

causa in superioribus est dicta. Quod si

in his corporibus inanimis aliquod corpus reperiatur, quod vires & qualitates nimium exuperantes obtineat,

siue à materia, siue à forma seu à temperamento, siue ab omnibus profectas

& præter has fuerit indissolubile & fixissimum, & in ignis violentia pers-

istat, id vnde quaque perfectissimè erit

Perfectissimè mixtum quid.

mixtum. Non enim solum perpetiendi

potentia, sed agendi facultate erit definitum. Sanè in metallis nullum tale corpus reperitur. Aurum enim quod in metallis perfectius est mistum, nullis facultatibus agentibus, sed perpetiendi tantum potentia est præditum.

Quocirca cæterorum metallorum mitionem imperfectam haud quaquam perficere potest. Vtramque autem scilicet agendi facultatem & perpetiendi potentiam Argyrogonia & Chrysogonia, id est, semen argenteum & aureum obtinent, excellentius verò semen aureum. Quocirca vndeque perfectè mistum cum sit, cæterorum corporum & argenti viui vulgaris imperfectam mitionem perficit, vt mox dicam. Cur autem semen ar-

Semen
aurificū
est perfecte
tissimè
mistum.

Quæ mi
sta iterū
solūn-
tur & mi
scentur
præstan-
tiores vi
res habēt
quàm se
mel &
primo
mista.

gentificum aut aurificum perfectiori mitione & facultatibus sit præditum, quàm argentum & aurum, causa est, quod elementa corporum mistorum, quæ rursus miscentur, alios & nobiliores effectus pariunt, quàm quæ primò miscentur. Vires enim Elementorum nondum mistorum solam mitionem effic iunt

efficiunt, cum à nulla alia particulari
 & insita vi, sed ex sese moueantur,
 qualitatibus externis iuuantibus. At
 qualitates in clementis iam mistis al-
 terius imperio subiiciuntur, & tan-
 tum sunt instrumenta formæ misti,
 quæ multò præstantior & nobilior
 est, quàm forma simplicis Elementi.
 Calor enim ignis, vt ab anima moue-
 tur, in animalibus est principium nu-
 tritionis, qui sine anima non aleret.
 Sic argentum & aurum ex elementis
 & eorum viribus & qualitatibus pro-
 ximè fluxerunt, ex Aristotelis & cæ-
 terorum opinione. Hinc simplex est
 & infimo gradu eorum mistio. Semen
 verò argentificum & aurificum ex ar-
 gento & auro & suo argento viuo iam
 mistis, rursus coctione iterata, æmula
 naturæ arte ministra prodierunt, hinc
 admirabiles producunt effectus. Si-
 cut autem misionis vocabulum di-
 ximus indicare ea, quæ miscentur,
 plura esse prius numero, deinde fieri
 vnum, sic ex diuerso dissolutionis vo-
 cabulum indicat id, quod dissoluitur,

Plura na-
 mero si
 miscetur
 fiunt v-
 num.

Vnum
numero
si dissol-
uitur, in
plura di-
ducitur.

vnum prius quiddam fuisse, quod in
plura postea diducitur. Vnum quid-
dam intelligo quod vel continuum
est & vnius formæ, vt vnum quodque
corpus naturale sua forma constans:
aut cuius partes sunt tantum conti-
guæ, & ex corporibus diuersæ speciei
coagmentatæ, vt vnum corpus esse
videantur, vt aqua mista vino, aut ar-
gentum auro Huiusce corporis gene-
ra, si dissoluantur, in priorum forma-
rum suarum corpora redibunt, cum
tantum essent contigua, nisi corrup-
perentur. Illa verò, quæ scilicet vni-
formis sunt essentiæ, & in quibus ma-
teria & forma continuantur, bifariam
dissolui dicuntur. Aut enim fit resolu-
tio omnium accidentium eorum vs-
que ad primam materiam, nec quid-
quam sensile prioris corporis dissolui
apparet, vt in omnibus exustis corpo-
ribus: Et hæc dissolutio dicitur interi-
tus siue corruptio: aut pereunt acci-
dentia quædam, & quædam sensilia
superfunt, & communia tam priori
materiæ, priusquam dissolueretur,
quàm

Resolu-
tio du-
plex.

quàm iam dissolutæ, ut mox dicemus
 in metallis, quæ in argentum viuum
 dissoluuntur. Nobis demistione & dis-
 solutione simplici est sermo, quæ ex
 his, quæ dicta sunt, ab ortu & interitu,
 seu generatione & corruptione differ-
 re manifestum est. In his enim fit inte-
 ritus prioris substantiæ, & ortus alte-
 rius, & omnium accidentium priorum
 mutatio, nihilque ex eo, quod prius
 sensile erat, superest. Ideoque illas non
 per motum, sed per mutationem fieri
 dixit Aristoteles. Ut cum ligna exu-
 runt, pars in fenum, pars in cineres
 vertitur, & peracta corruptione nihil
 sensile prioris materiæ ligni, nec acci-
 dentium eiusdem cernitur. Hanc cor-
 ruptionem appellant resolutionem in
 primam materiam. At in his mistione
 scilicet & dissolutione simplici, qua
 miscentur diuersa corpora, aut quæ
 mista dissoluuntur, non omnino quæ
 sensilia accidentia prius fuerant, di-
 spergunt, sed aliquid ex eorum mate-
 ria priori sensile perit, aliquid manet.
 Cum enim ad lapidis aut metalli or-

Mistio &
 dissolu-
 tio sim-
 plex ab
 ortu &
 interitu
 dicuntur.

In ortu
 & inter-
 itu fit
 omniũ
 acciden-
 tium re-
 solutio.

Resolu-
 tio in pri-
 mam ma-
 teriam.

In mi-
 stione &
 dissolu-
 tione
 simplici
 non fit
 resolu-
 tio om-
 nium ac-
 cidentium.

tum elementa miscentur, quæ vera est mistio, quæ in his prius fuerant sensilia, etiam post misionem conspiciuntur. Lapidēs enim sensilem terræ qualitatem referunt, metalla aquæ. Sed & cum iisdem lapides in calcem dissoluntur, terram referunt. Metalla cum in argentum viuum soluuntur, aquam. In cæteris misionis aut resolutionis speciebus, in quibus diuersarum formarum corpora secernuntur, nulla est dubitatio. Metalla enim quæ fusione liquantur, & mista putantur & rursus arte dissoluuntur, suas proprias formas & sua accidentia propria seruant, sicut & diuersorum corporum grana. Hoc etiam inter has, generationem & corruptionem & dissolutionem & misionem simplicem interest, quod in vera misione, contrariæ qualitates eorum, quæ miscentur, viribus quodammodo paribus concurrunt, & ad mediocritatem moderationemque referuntur: & hic motus ad simplicem tendit misionem. At in generatione contrariorum vires præter motum sunt impares, id-
eoque

In mi-
sione
simplici
qualita-
tes qua-
libus in-
tribus con-
currunt.
In gene-
ratione
vires con-
trariorū
sunt im-
pares.

eoque quod minus est & imbecillius
 ab ampliore victum perimitur. Idcir-
 cò neque lignum igni, neque alimen-
 tum corpori permisceri dicimus, sed
 illa corrumpi, noua oriri. Hæc enim
 motio ad interitum vnius & ortum al-
 terius tendit. Sunt autem vtriusque
 ortui & interitui, & mistioni & disso-
 lutioni veræ & simplici hæc commu-
 nia, quod corporis moti prior forma
 perit, noua oritur & succedit. Sed eis-
 dem hoc commune est, quod ceu or-
 tui contrarius est interitus, sic mistio-
 ni dissolutio. Veræ mistioni & perfe-
 ctæ, de qua est quæstio, hæc sunt pro-
 pria, vt sit eorum quæ miscentur, com-
 munis materia: vt tenuissima sint, &
 facile secari possint, qualia sunt liquida
 aut fusilia: vt contrariis pugnent qua-
 litatibus: & vt paribus quodammodo
 viribus certent. His igitur legibus ob-
 seruatis erit mistio, quæ sic definiri
 poterit. Mistio vera perfecta & sim-
 plex, est diuersorum minimorum cor-
 porum in communi materia motus
 per qualitates pugnantes equis viribus,

Com-
 nia ortui
 & interi-
 tui, mi-
 stioni &
 dissolu-
 tioni.

Propria
 mistio-
 nis veræ.

Defini-
 tio Mi-
 stionis
 veræ per-
 fectæ &
 simpli-
 cæ.

ut fiat vnio materię & formę futurę, & vnica ex omnibus mistis forma noua exurgat, manentibus quibusdam sensilibus accidentibus prioris materię &

Diffolu-
tionis ve
re, sim-
plicis &
perfectę
defini-
tio.

subiecti. Sic ex aduerso dissolutio vera simplex & perfecta, est misti corporis partium essentialium, quę unicam formam constituebant, secretio in alias partes, manentibus in illis quibusdam sensilibus accidentibus prioris materię

aut subiecti. Quod autem in superioribus dictum est, aliquo corrupto aliud

Differen-
tia muta-
tionis &
perfe-
ctionis
ex natu-
ra subie-
cti est.

gigni, & aliquo genito aliud corrumpi, & aliquo misto dissoluto simpliciter aliud mistum oriri, & aliquo misto aliud dissolui, & sibi inuicem succedere, distinctione ex subiecti natura indiget.

Materia
remota
media &
propin-
qua cor-
rumpi-
tur & dis-
solvitur,

Mutationes enim hę sibi inuicem succedentes in materia remota & media aut propinqua tantum locum habent, non autem in proxima. Vt puta, gignendus est canis, elementa sunt materia remota, panis caro & alimenta, media, quę semen immediatę præbent propinqua dicetur. Sic in Metallis materia remota ab argento & auro sunt

Elementa,

Elementa, quæ subsequitur ante metallorum ortum, media est, metalla propinqua. In hac varia & multiplex materia priusquam ad proximam ventum sit, plures mutationes per ortum & interitum in vegetabilibus & animalibus, & per dissolutionem & mixturem in mistilibus simpliciter succedere necesse est. At ubi ad materiam proximam, id est, semen, aut quod loco est feminis, peruentum est, non interit subiectum, ut suboriatur aliud, sed idem tantum subiectum perficitur.

Materia proxima non corrumpitur sed perficitur.

Quod mihi vnus omnium perspicacius animaduertisse & subtilissime dixisse videtur Scaliger exercitatione sexta, distinctione secunda. Ouum enim quod est materia pullo proxima, interim cum fouente gallina mutantur, dum ad pulli formam peruenerit, non corrumpitur, sed perficitur. Et perfici hinc apparet, quod in ouo fracto putamine nihil corruptum intrus inuenitur. Et quoniam, inquit, ouum & semen post ortum animalis definit esse ouum & semen corrumpi vulgo dici.

In perfe-
ctione
materia
nō perit,
sed for-
mæ per-
eunt a-
lia succe-
dit.

Metalla
non sunt
materia
proxima
sed pro-
pinqua
auro &
Argento.

Argent.
vium ex
materia
proxima
auro &
arg.

tur: verum apud sapientes, quoniam nihil ex subiecto perit, non corrumpuntur, sed perficiuntur. In perfectione enim nihil ex materia deperit, sed tota persistit, priore tantum forma perdita, alia succedente. Sic argentum viuum siue vulgare siue ex reliquis metallis prolutum, mistum Argyrogoniæ aut Chrysogoniæ non corrumpitur, sed tantum perficitur. His fundamentis sic stabilitis, quæ necessaria videbantur ad ea, quæ sequuntur construenda, redeamus ad definitionis, causæ efficientis explicationem. Dixi causam efficientem diducere, argentum viuum à stanno, plumbo, ære & ferro. Ipsa enim non sunt proxima materia argento aut auro, sed propinqua tantum, ideoque dissolutione simplici discernenda est materia proxima ab eorum materia, quæ est argentum viuum. Nec refert, fuerit nec ne fluidum illud argentum viuum, dummodo ab omni sorde & substantia ab argenti viui natura aliena, purgatum fuerit: imò quò perfectius cōcoctum erit, proxi-

proximus erit subiectum. Si enim à ^{Defini-}
 materia definiendum sit nobis argen- ^{tiō argē}
 tum & aurum, profectò nihil aliud erit ^{ti & auri}
 vtrumque quàm argentum viuum pu- ^{à mate-}
 rum, ab omni substantia aliena defe- ^{ria.}
 catum, & definitum & coctum, secun-
 dum cuiusque gradum. Aurum enim
 purius longèque magis decoctum vs-
 que ad extremum naturæ metallicæ,
 argentum minùs. Hæc ita se habere
 ex mutuo amplexu argenti viui & au-
 ri & argenti, tùm verò ex similitudine
 in iisdem accidentium quorundā pro-
 priorum in superioribus manifestum
 est, tùm quod arte ferè aurum in ar-
 gentum viuum fluidum soluitur. Ignis, ^{Ignis sol-}
 quem causam dixi efficientem adiu- ^{uit argē-}
 uantem, hanc dissolutionem potissi- ^{tum viuum}
 mum præstat. Separat enim Hetero- ^{à metal-}
 genea, & congregat Homogenea: Id-
 que solus efficit, vel identidem & sæ-
 pius, atque alternis vicibus purgando
 hæc corpora vel in momento admi-
 stione seminis argentifici vel aurifi-
 ci, quod argentum viuum eorundem
 quatuor corporum retinet, interim dā

Effectus
femini
& ignis
in mate-
riā proxi-
mam a-
gentis.

Mistio
perfecta
in corpo-
re natu-
rali,
in defini-
tione
causæ ef-
ficiētis.

Defini-
tio Tem-
peramē-
ti.

ignis externus Heterogeneum & im-
purum dissoluit & excernit. Post dis-
solutam à quatuor illis corporibus a-
lienam ab argenti viui natura substan-
tiam, quod relinquitur ignibus inex-
pugnabile est, scilicet argētum viuum
purum, cuius tamen mistio nondum
est perfecta ad argenti & auri mistio-
nem collata. Quo circa ipsam, nec non
argenti viui, vulgaris perfici oportere
subiunxi. Mistionē Elementorū in v-
noquoque corpore naturali perfectā
appello, cum equales eorundē vires in
vnū coierint, vt calidi, frigidi, humidi,
sicci que partes sunt portiones, & iusti-
tia, vt dicere solēt Medici. Ideoque in-
ter diuersę speciei metalla solū aurū est
tēperatum, & æquale. Est enim tēpera-
mentū eorū, quę in mistis sunt, princi-
pū qualitātū proportio æqualis. Hanc
aut equabilitatē nō magnitudine mo-
lis aut pondere metiri licet, quippe
quod in metallis, aut argento viuo v-
berior sit terræ & aquæ copia, quàm
in reliquis omnibus corporibus natū-
ralibus, sed potestatis vi & efficientia
cui

cui omnia planè accepta referuntur.

Quod igitur elementorum ex quibus ^{Cur aurum} aurum concreuit, vires & qualitates ^{nō cedat igni.}

sint, æquales, in partes distrahi, aut in

fumum se attolli non patitur: siccum

enim retinet humidum, ne euolet: &

humidum conglutinat siccum, ne in

cinerem abeat: frigidum calidi fero-

ciam coërcet, & calidum frigidi tor-

porem excitat. In summa in auro o-

mnia æqualibus viribus agentia & pa-

tientia sese ad moderationē redigunt.

Sed argentum viuum vulgare propter:

frigidi & humidi exuberantiam, vio-

lencia ignis externi sursum in vapo-

rem fertur. Non tamen secernuntur

partes siccae ab humidis propter mi-

stionē vtriusque arctissimam, propter

quam humidum rapit secum terreum.

Quod perinde est, ac si dicatur, substā-

tias elementorum in argento viuo a-

dedò vnitas quidem, vt diuelli ab inui-

cem nullatenus possint: vires autem

aut qualitates eorundem impares &

inæquales esse. Quæ autem in elemen-

tis argenti viui reliquorum metallo-

In auro
omnia
modera-
ta sunt.

Mercuri-
us fugit
ab igne;
sed non
dissoluitur.

Humidū in Mercurio est indefinitum. rum vires aut qualitates insunt, non visque adeò sunt inæquales, magisque ad temperamentum accedunt: attractum in omnibus indefinitum est humidum, quòd definire necesse est, vt ad temperamentum argenti aut auri accedat. Tum perfecta appellatur mistio. Hæc perfectio concoctione fit.

Mistio fit concoctione.

Concoctio enim, ait Aristoteles, est perfectio quædam. Quæcunque enim concocta sunt, perfecta etiam sunt & genita. Cõcoctionem autem esse perfectionem, inductione probatur. Quæcunque enim communiter concoqui conceduntur, priusquam concoquantur, imperfecta esse conspiciuntur, eademq; per concoctionẽ perfecta fieri. Dixi autem concoctionẽ & perfectionem fieri à causa efficiente, quã definiui. Quod quomodo & cur ita accidat, plenius etiam explicandum est.

Quomodo & cur causa efficiens concoctione perficiat materiã proximã.

Materia ex qua arte ministra, semen argenti aut auri prodiit. Fuit argētum viuum, sed coctum, scilicet argentũ & aurũ. Semen hoc calidũ est & siccum: cõcoctione enim has vires & qualitates

tes acquisiuit, quippe quod omnia cō-
 cocta & calida sint. At materia nostra
 proxima, i. argentū viuum vulgare, &
 quod cæteris metallis inest potentia
 proxima, frigidū est & humidū, aliud
 alio plus minúsve. Cū igitur semē &
 argentum viuum admiscentur facīle
 coeunt, ob eandē vtriusque originem
 proximam & fusione calor igneus ea
 magis miscet. Qualitates autē seminis
 calidæ & siccæ agunt in qualitates fri-
 gidas & humidæ argenti viui, & illæ
 agendo repatiuntur, & hæ patiēdo re-
 agunt. Quod si ambarū contrariæ fue-
 rint vires æquales, vtputa, semē sit ca-
 lidum & siccū octo gradibus, argētum
 viuum frigidū & humidū totidē gra-
 dibus, reducetur argentū viuum ad tē-
 peramentum. Et ferè idē fiet, quod in
 aqua calida & feruente mista aqua fri-
 gida, quæ ob contrarias qualitates pu-
 gnantes sit tepida, & téperata. Verum
 calor in aqua est aduentitius & exter-
 nus. At in semine argenti vel auri insi-
 tus. Quod si seminis & argēti vini vires
 fuerint inæquales, non sequetur tem-

peramētum. Veluti si seminis calor & siccitas fuerint octo graduum, argenti autē viui frigiditas & humiditas vnus tantum gradus, hæc dominio illorum subiicientur, & argentū viuū vertetur in semen, minoris tamen efficaciz ob euctos aliquatenus caloris & siccitatis gradus in semine. Dixi enim ortū & interitum fieri, cū vires agētium nimīū superāt, patiētiū verò parū resistunt, mīstionē verò, quādo æqualibus

Cur aurū & arg. in natura sua non agant in arg. viuū viribus contrariis certant. Hinc argentum & aurum in natura sua argento viuo mista in ipsum non agunt: non enim contrariis inter se pugnant qualitatibus, sed eodem ferè sunt temperamento. Cū igitur argēto viuo tam vulgari, quā ei quod cæteris corporibus mistum est, accesserit temperamentum argēti vel auri in qualitatū alterutrius seminis pugnantium equaliter adiuuante igne externo consummata erit permistio, & statim forma argentea vel aurea profiliēt, & radicatus tinctum reperietur metallum. Terreum enim argenti viui actū est album,

album, & potentia rubrum, & cū decoquitur miftione feminis aurifici rubefcit, & fuum humidum fingit in citrinum. Color enim omnis eft à ferro decocto: hoc in ora citrini coloris demonstratur, quæ coctione fit rubra. At semen argentificum, cū fit semicoctum tātū non mutat colorē terrei, sed argentū viuum permutatū retinet proprium colorem, cōcoctum tamen magis. Plura de materia proxima & caula efficienda dicēda fuiffent, sed ad alias pertinent quæftiones. Satis fit ad eam, de qua agitur, verè apertè, & sine fraude hæc demonstrasse.

Tertia ex ordine Argyropœiæ & iii. Pars Chryfopœiæ pars tractanda fuccedit, Argyro-
pœiæ &
Chryfo-
pœiæ est
Metho-
dus. Methodus fcilicet agendi, quæ præceptiones tradit, qua arte argētum viūū vulgare præparandū fit, vt propius ad argēti vel auri naturā accedat: & metallalla imperfectè mifta in materiā argēti vel auro proximā refoluēda fint: Tū verò qua via ex argento vel auro semē argentificū vel aurificum producat. Tandem quomodo eadē materia pro-

Author
nouit ar-
tem præ-
parandi
arg. viuū,
resoluēdi
metalla
in idē: &
quomo-
do semē
oriatur
ex auro.

Metho-
dus mis-
cēdi ma-
teriā pro-
ximā cū
semine
duplex.

Defini-
tio prio-
ris me-
thodi.

xima cū alterutro semine misceatur,
vt ex amborū mistione, argenteæ aut
aureæ formæ corpus exsurgat. De hac
parte breuius differere decreui. Sanē
nouī qua arte argentū viuū præparet,
aut stannū, plūbū & æs in idē resoluā-
tur, & suprà qdquā attingi. Sed & quo-
modo ex argento & auro vtrūque se-
mē oriatur, aliquid subodoratus sum.
Verūm satius existimaui, quæ tāta ce-
lauerūt arcana Antiqui huius artis pe-
riti, ne vilesceret ars, silentio etiā præ-
terire, quàm temerè in vulgus tanta
mysteria profanare. Sat erit, imò plus,
quàm deceat, si miscendi materiā pro-
ximā cum vtroque semine methodū
indicaucero. Mistionis huius metho-
dus bifariā diuiditur. Altera est æmula
& imitatrix nature. Altera est violēta.
Prior est quæ imbecillo primū calō-
re externo, deinde sensim & per gra-
dus aucto materiā proximā vnā cum
suo semine argentifico vel aurifico cō-
coquere docet, dum ad mistionem &
vnionem perfectam peruenerint, vt
hinc argentum vel aurum concreascit.

Posterior

Posterior methodus mitionis scilicet ^{Definitio}
violēta est, quæ projecto alterutro se- ^{posterioris me-}
mine in stannū, plumbum, æs, ferrū & ^{thodi.}
argentum viuū, cuiuscunque generis
demonstrat argentum vel aurū statim
in momēto, igne adiuuāte, producere.

Discriminis huiusce ratio est, quod in ^{Ratio di-}
priori agendi methodo minus validæ ^{discriminis}
sint vtriusque seminis vires & qualita- ^{vtriusq;}
tes igneæ, quā vt momento possint hu- ^{methodi.}
midum argēti viui vel vulgaris, vel ex
cæteris metallis proliciti concoquere
& definire, itaque sensim moueri ma-
teriā expedit. At in posteriore modo
vires hæ igneæ seminis adēd sunt vali-
dæ, vt primo statim cōcursu & cōtactu
calore externo adiuuāte omne cuius-
que generis argentū viuū decoquāt
& transmutent in argentū vel aurum:
nō secus ac ignis violētissimus & sicca
& viridia ligna statim sine discrimine
cōficit & exurit, nec impedit humidū
aqueū, cū tanto feruori resistere ne-
queat. Qui tamen ignis, si imbecillus ^{Plures &}
esset, viridia ligna nō equē tāta celeri- ^{diuersæ}
tate exuret. Vtriusque methodi in ^{viæ vtrius-}
^{que me-}
^{thodi.}

opus deducendæ ratio non omnibus vna eadēque est, quibus tamen vnus atque idem est finis & scopus: verū methodum, quæ magis ad naturam accedit, magisque sensibus fidem faciet, paucis perstringam.

Duo mo-
di prioris
methodi.

Priores methodi duos tantū agē-
di modos recitabo. In omni opere, in-
quiunt phyfici, opus est agentis robo-
re, & corporis passuri dispositione. Ar-
gentum viuum vulgare etiam si sit ma-
teria argento & auro proxima, tamen
est temperamento prætermodum fri-
gido & humido atque indefinito, &
longè magis ab argenti aut auri conco-
ctione distat, quàm argētum viuum à
reliquis metallis arte prolicitum. Si igitur

Quomo-
do ex ar-
gento vi-
uo com-
muni cū
auro mi-
sto pro-
ducatur
aurum i-
tem ar-
gentum.

tur consilium sit argentum viuum vul-
gare in argētum vel aurū transmutare
ex præscripta priore methodo, necesse
erit illud prius purgare, & à nimia frigi-
ditate & humiditate vindicare: alioqui
concoctioni nimium esset cōtumax.
Hęc igitur est preparatio. Artifices au-
tem, qui in his versati sunt alloquor, &
vocalis artis vti cogor, vt significan-
tius

eius omnia comprehendantur. ¶ Sub-
 limetur argentum viuū quater vel plu-
 ries, dum iuueni albedine superet, &
 ut vitrum in sublimatione excoctum
 transpareat. Hinc teratur & perfusum
 oleo tartari, igne valido adhibito de-
 stilletur in vas recipiens & reuiuifcat.
 Sic argentum viuū purissimū & splen-
 didissimū habebis, & à frigiditate & hu-
 miditate nimia naturali aliquatenus
 vindicatū. Feces enim, quę illi in subli-
 matione miscētur, quidquid est impu-
 ri retinet, humidū autem rarius, cuius
 & minus coctū in pulueris similitudi-
 nē ad superiorē vasis partē conscēdit.
 Purior autem pars magisque decocta
 grauior & solida in media vasis parte
 subsistit & adhæret, quę peruia est, &
 ex eadē argentū viuū resolatū & fluī-
 dū est quodāmodo temperatū. Ex hoc
 argento viuo defæcato, & argento vel
 auro in calcē reductis fiat malagma. Te-
 ratur diutissimē sub marmore, deinde
 exprimatur crassiori linteo obuolutū,
 dū aliqua argenti vel auri pars tenuior
 vnā cū argēto viuo perfluat. Addatur

Præpara-
 tio argen-
 ti viui.

nouū argētū viuū purgatū malagmati,
quod ob crassitiē trāsmearē nō potuit,
rursūque exprimatur. Et identidē to-
ties hęc opera repetātur, dū totū ma-
lagma percolauerit. Quod si nimiū e-
rit cōtumax, fimo equino calēte sepul-
tū aliquot diebus emolliendū & atte-
nuādū erit, idque repetendū, dū alter-

Solutio
auri & ar-
genti in
Mercurio.

utrū semē totū cū argento viuo perflu-
xerit. Sic argentū & aurū soluta erunt
in argentum viuum cum argento vi-
uo. Hęc ita resoluta iteratis vicibus de-
stillā, dū tota in recipiēs vas stillauerint
sub argenti viui forma. Quod si quid i-
mō vasis substituerit, addendum est ei
nouum argentum viuum terēdum, fi-
mo equino calente emolliendum &
attenuandum, idque repetendum, dū
totum in vas recipiens stillauerit.

Dissoluendæ vnicæ vnciæ argenti
vel auri quadraginta ferē vnciæ argen-
ti viui præparati admiscendę erunt.
Quę si non suffecerint, rursus adden-
dę alię vsque ad quinquaginta aut
sexaginta ad summum, quarum bene-
ficio & vi humida potentia vnica illa
vncia

vncia alterutrius feminis verè in argē-
 tum viuum soluta conspicietur. Hoc <sup>Argen-
tū viuum
animatū
quid.</sup> argentum viuum metaphoricè ani-
 matum appellant. Nam veluti in ani-
 malium corporibus anima caloris est
 principium & causa, & sine qua mor-
 tua iacerent corpora: sic argentum vel
 aurum principium est caloris in ar-
 gento viuo, quod alioqui frigidissimū
 nec quidquam alteratum persisteret.
 Est autem argentum hoc viuum ani-
 matum adedò argento aut auro proxi-
 mum, vt solum ex sese solo agente ca-
 lore externo pauco tempore in argen-
 tum aut aurum transmutetur. Sed vt
 expeditius opus peragatur, sumatur
 drachma huiusce argenti viui animati
 eique admisceatur drachma argenti
 vel auri in calcem redacti. Redigitur
 in calcem si prius ex alterutro & ar- <sup>Calcina-
tio auri
& argen-
ti.</sup> gēto viuo malagma conficiatur, dein-
 de igne sensim exspirauerit argentum
 viuum. Duæ hæ drachmæ scilicet ar-
 genti viui animati & calcis argenteæ
 vel aureæ simul mistæ lento primū
 igne, post aucto sensim vsque ad igni-

tionem maximam decem dierum spatio decoquantur, dum in pulverem candidum vel fulvum defierint. Huic deinde pulveri æquale pondus eiusdē argenti vivi animati adiiciendum, miscendum, cōcoquendum vt prius dum in pulverem abierit, & colorem candidum vel citrinum contraxerit. Atque ita iteratis vicibus æqualitate ponderis servata, totum argentum vivum animatum in pulverem album aut rubrum siue citrinum figetur. Hic pulvis in pilulas albumine oui immisto formatus, & in portiunculam argenti vel auri sensim proiectus, in argentum vel aurum purissimū transmutabitur.

Quomodo ex argento vivo ex lique, Saturno, & Venere, prolicito aurum & arg. producat.

Mercurius Lunę celeriter in Sole mutatur

Posterior prioris methodi modus eadem ratione nititur. Argentum enim vivum à stanno, plumbo & ære summa arte proicitur, & calci argentæ vel aureæ admiscetur, vt in superiori traditum est, concoquitur, & in corpus argenteum vel aureum reducitur. Sed nullum ex corporibus omnibus metallicis argentum vivum calci aureæ admistum celerius & perfectius mutatur.

mutatur, quàm quod ab argento puro arte prolicitur. Hæc omnia operam, diligentiam & manum artificis expostulant, nec nisi progressu temporis fieri possunt. A quibus excusabimur à posteriori agendi methodo, scilicet si desiderato semine perfecto argentifico aut aurifico potiemur. In omnia enim metalla igne colliquata proiecta, & colliquata illius portiuncula miscetur statim solis partibus argenti viui eorundem ipsùmque retinet, concoquit & vnitum perfecte tingit in argentum vel aurum. Ignis autem externus, quidquid est impuri, exurit, & in faciem supernatantem excernit.

Posterior agendi methodus per projectionem.

Vt autem ordinem propositum sequamur, confirmandum est nobis Argyropœciam & Chrysopœciam artem esse veram. Cùm autem ad confirmationem quæstionis: An sis: multum valeant Autoritas, ratio & experientia, possem primùm multorum grauissimorum virorum testimoniis & auctoritate confirmare veram esse artem, nisi de his editus esset liber, cui titulus

Confirmatio Chrysopœciæ & Argyropœciæ.

est : De veritate & antiquitate artis
 chemicæ & pulueris, autore Roberto
 Vallenſe, is editus Pariſiis apud Fride-
 ricum Morellum 1561. Quapropter,
 qui volent authoritatibus probari ſibi
 veritatem artis, eos ad eiufdem libelli
 lectionem relegamus. Sed magis ratio
 nibus innitendum , & experimentis
 quibuſdam demonſtrandum eſſe pu-
 tauimus. Nullis igitur probabilioribus
 rationibus & argumentis defendenda
 eſt nobis hæc Argyropœia & Chryſo-
 pœia , quàm ex iis , quæ dicta ſunt , &
 quæ in refellendis traſti argumentis
 poſthac dicenda ſunt. Scilicet ex co-
 gnitione materiæ , argento & auro
 proximæ, & cauſæ efficiētis. Quæ cum
 vtraque ex iis , quæ natura ſponte ſua
 in lucem edidit, arte elici poſſit, nemi-
 ni dubitandum eſſe puto , quin illa ab
 hac perfici, & argenti aut auri formam
 ex præſcripta vtraque methodo arri-
 pere poſſit. Sunt enim omnium ope-
 rum & effectuum tam naturalium,
 quàm artium fundamenta materia &
 efficiens cauſa. Tanto veriùs autem id
 præſtari

Argu-
 menta à
 rationib.
 probabi-
 libus du-
 ctæ ar-
 tem con-
 firmant-
 tia.

Materia
 & cauſa
 efficiens
 ſunt cau-
 ſæ & fun-
 damenta
 omnium
 effectuum.

præstari posse existimandū erit, quan-
 to verissimum erit in artis potestate In artis potestate est id quod necessarium est ad impellendas causas naturales ut agant.
 esse id, quod necessarium est ad impel-
 lendas causas naturales, ut agant. At
 quod necessarium in arte videtur, hoc
 solum est ut misceat elemēta materię
 proximæ & imperfectam mistionem
 perficiat. Subiectum enim causę agen-
 tis est inanimū corpus, nec aliud eius-
 dem agentis est munus, quàm miscere,
 non vegetare, alere, aut cętera munia
 obire, quę in plantarum & animalium
 ortu sunt necessaria. Atqui calor exter-
 nus qualitates metallorum & elemen-
 torum materię proximæ, & seminis
 utriusque argentifici aut aurifici, mo-
 uere potest, & intēdere aut infringere
 & mistionem priorem intervertere, ut
 hinc noua mistio inducatur, simulque
 prior forma aboleatur, alia succedat &
 oriatur, & calor ille igneus externus
 est in artis potestate. Verissimū igitur
 erit artē beneficio ignis miscere posse,
 ea, quę mistilia sunt iis obseruatis le-
 gibus, quas paulò antè commemora-
 ui, cum de mistione agerem. Hanc Ars potest mistiliamiscere beneficio ignis.

ignem
posse mis-
cere Sca-
liger pro-
bat con-
tra Car-
danum.

mistionem ab igne effici posse, cum ne-
gasset Cardanus libro de subtilitate
rerum à Scaligero exercitatione cen-
tesima prima distinctione duodecima
iure reprehensus est. Nam in alembuo,
inquit, coaceruata & multa, & diuersa
& contraria, ita miscet ignis in eo va-
se, quod recipiens dicitur, ut nulla vi
præterea sciungi queant. Et hic sanè est
à natura: nec ignis naturam temerè à
natura discerpendam esse ait. Sed ne
longiùs exempla artis petantur quibus
eam verè misceri demonstrari possit.

Artem
verè mis-
cere ab e-
xemplo
vitri de-
monstra-
tur.

Nonne vitrum corpus est naturale ma-
teria & forma constans? Non enim ter-
ra, non aqua, minùs aër aut ignis est,
sed ex horum mistione vi qualitatum
concretum. Atqui quod vitrum sit,
nullum alium habet opificem, quàm
vitrarium, nec aliam causam agentem
quàm ignem. Materiam quidem, ex
qua vitrum fit, ars non potest produ-
cere, at ligna igni subiicit, à quo exu-
runtur & in cinerem vertuntur. Dein
de cinis miscetur arenæ puræ aut lapil-
lis perspicuis minutissimè tritis, hinc
vtraque

vtraque materia igne in calcem red-
 acta, eadēque tandem igne volento
 fusa vertitur in vitrum. Sic ars metalla
 non producit, nec argentum viuū;
 nec materiam seminis argentei aut au-
 rei, sed ea igni subiicit, qui qualitates
 eorundem subigit & alterat, miscet &
 quæ arti propria sunt opera, efficit;
 quorum effectus est mistio, aut huius
 opposita resolutio in aliud mistum sim-
 plex. Sanè si vegetationem, sensum, ^{In materia}
 permutationem vnius indiuidui in in- ^{vegetabilium}
 diuiduum plantæ aut animalis induci ^{aut animalium}
 oporteret, ignis aut calor igneus hæc ^{vires in-}
 minimè præstaret, sed vis & calor effi- ^{fitas esse}
 ciens insitus materiæ & semini, qui nō
 est ex genere caloris ignei, sed coele-
 stis & proportionē elementis stella-
 rum respondens, vt rectè ait Aristot-
 eles.

At quæstio non est de vegetatione ^{Materia}
 aut sensu, sed de mitione inanimorū ^{inanimato-}
 corporum, quæ non insita vi, sed pulsu ^{torum cor-}
 agitantur externo. Quod si obiciatur, ^{porum}
 in materia mistorum corporum sim- ^{pulsu ex-}
 pliciter vires etiam suas inesse quibus ^{terno a-}
^{gitatur,}
^{nō vi in-}
^{sita.}

G j

ad formam vnicuique propriam promouentur : sit ita, non idcirco tamen minus forma argenti aut auri in materiam illis proximam inducetur. Si enim vi mitionis eadem materia proxima eosdē affectus corporeos induat, quos argentum & aurum, eam mitionem calore externo agente efficere nouerimus, argenti quoque aut auri formam eidem materię proximę inducemus. Ex accidentibus enim argento & auro propriis & sensibus cognitis formas eorundem intelligimus, cum ignorę sint nobis differentię illorum specificę. Hęc enim accidentia propria, vt & in cęteris corporibus naturalibus, formam vnicuique propriam sequuntur. ¶ Hęc autem Erasto reponurus luculentiùs tractabo. ¶ Etsi autem hęc probabiles sint rationes, quibus Argyropœiam & Chrysopeœiam defendere possem, tamen experientię maior fides adhiberi solet, pręsertim in effectibus eiusdem Argyropœię & Chrysopeię, qui sensuum iudicio, quales sint, verè iudicantur. ¶ Si enim
quod

quod hæc ars pollicetur, id est argen-
tum aut aurum, verum est, fidem fa-
ciat demonstratio, vbi vtrumque pro-
prium subierit examen. Quod in iis
artibus, quæ solam ratiocinationem
pro fundamento habent, non ita de-
monstratur. Idcirco experimenta duo
enarrabo quæ non semel, sed identi-
dem sæpius probata in animum indu-
xerunt, vt artem verissimam esse cre-
diderim. Nescio an scriptis fides adhi-
bebitur. Sed parum sollicitum me red-
dit: crediderit Erastus nec ne, aut qui-
uis alius huius artis ignarus. Affirmare
tamen bona fide possum, vidisse me ar-
gentum viuum à stanno arte reductū
verè fluidum vt vulgare, in purum ar-
gentum transmutatum fuisse. Ex quin-
que libris stanni vna aut circiter ar-
genti viui prolicitur. Purgatur exem-
tum lauacro ex sale & aceto, dum sit
splendidum, quatuor vnciis huiusce
argenti viui admiscetur vna gummi
cuiusdam argentei fusibilis & fixi. Fit
autem fusibile & fixum mistione vnius
vnciæ puri argenti cum quatuor vnciis

Confir-
matio ab
experi-
mentis.

Mercuri-
us ex
stanno
aplicatus
in argen-
tum mu-
tatur.

Primum
experi-
mentum.

G ij



arsenici prius sublimati, purgati & per reiterationem sublimationis fixi eum eodem argento. Hinc soluitur vapore aqueo calente, dum conspiciatur vt oleum spissum. Huius igitur olei portio vnà cum quatuor argenti viui è stanno arte educti mista vasculo vitreo includitur, & vi caloris primū imbecilli, deinde aucti vsque ad decimū diē cōcoquitur, dū in puluerem cinereū fixum subliterit, qui cū plumbo liquatus & examini cineritij probatus, vertitur in verissimum argentum. Cuius effectus causa in superioribus tradita est.

Secundū
experimentum

Alterum experimentum est argenti in aurum mutatio hac methodo. Distilletur aqua acerrima & tingens, quā plerique norunt distillata rursus distillanda est & sæpius, dū nullę fèces post distillationem in imo vasis resederint. Magni enim refert omnia ab impura fèce & crassitie esse purgata: purgandū etiam est argentum viuū vulgare pluribus repetitis sublimationibus, dum perspicuum fuerit, hinc reuiuiscat. Soluantur seorsim à distillata aqua acerrima

rima vnciæ duæ argenti purissimi. Eadem aqua soluantur seorsim quatuor vnciæ argenti viui purissimi, misceantur soluta: distilletur aqua primùm imbecillo igne, dum tota stillauerit. Hinc augeatur gradus caloris, vt etiam argentum viuum distillatione exspiret, frangatur vas vitreũ. In imo vasis massam argenteam conspicias partim cinereo, partim rubro subobscuro colore tinctam: Tandem reduc in corpus. Hoc argentum etsi nondum mutauerit colorem, neque sit aurum, purius tamen est & solidius quàm naturale argentũ, ipsiusque humidum magis definitum. Idcirco in examine auri scilicet cimenti ægerrimè nec nisi repetitis sæpius diuellitur. Quin etiam solutum cum fuerit ab aqua acri separationis, ramenta quædam auri puri subsidere conspicias. Hoc signo totam argenti massam in aurum mutari posse iudicabis, cum sit eadem totius, quæ & partis ratio. Hoc opus maturationis fructuum speciem quandam gerit. Cum primùm enim vix maturescunt,

Exemplum probabile.

arsenici prius sublimati, purgati & per reiterationem sublimationis fixi cum eodem argento. Hinc soluitur vapore aqueo calente, dum conspiciatur vt oleum spissum. Huius igitur olei portio vnà cum quatuor argenti viui è stanno arte educti mista vasculo vitreo includitur, & vi caloris primū imbecilli, deinde aucti vsque ad decimū diē cōcoquitur, dū in puluerem cinereū fixum substiterit, qui cū plumbo liquatus & examini cineritij probatus, vertitur in verissimum argentum. Cuius effectus causa in superioribus tradita est.

Secundū
experi-
mentum

Alterum experimentum est argenti in aurum mutatio hac methodo. Distilletur aqua acerrima & tingens, quā plerique norunt distillata rursus distillanda est & sæpius, dū nullę feces post distillationem in imo vasis resederint. Magni enim refert omnia ab impura fecē & crassitie esse purgata: purgandū etiam est argentum viuū vulgare pluribus repetitis sublimationibus, dum perspicuum fuerit, hinc reuiuiscat. Soluantur seorsim à distillata aqua acerrima

rima vnciæ duæ argenti purissimi. Eadem aqua soluantur seorsim quatuor vnciæ argenti viui purissimi, misceantur soluta: distilletur aqua primùm imbecillo igne, dum tota stillauerit. Hinc augeatur gradus caloris, vt etiam argentum viuum distillatione exspiret, frangatur vas vitreū. In imo vasis massam argenteam conspicias partim cinereo, partim rubro subobscurō colore tinctam: Tandem reduc in corpus. Hoc argentum etsi nondum mutauerit colorem, neque sit aurum, purius tamen est & solidius quàm naturale argentū, ipsiusque humidum magis definitum. Idcirco in examine auri scilicet cimenti ægerrimè nec nisi repetitis sæpius diuellitur. Quin etiam solutum cum fuerit ab aqua acri separationis, ramenta quædam auri puri subsidere conspicias. Hoc signo totam argenti massam in aurum mutari posse iudicabis, cum sit eadem totius, quæ & partis ratio. Hoc opus maturationis fructuum speciem quandam gerit. Cum primùm enim vix maturescūt,

Exemplum probabile.

grana quædam nigro colore perfusa
conspicies, cætera autem siue vlla co-
loris mutatione, quæ tamen præce-
dente & continuato calore matura-
tione peracta, nigra sunt omnia. Sic si
idem argentum sæpius solvatur ab ea-
dem aqua acri, eique admisceatur ar-
gentum viuum solutum, & distilletur
aqua, & exspirauerit argentum viuum

Calores
diuersi
conco-
ctionis si
gnum.
& massa subsidens in corpus reduca-
tur, tota in aurum mutabitur. Varios
etiam subinde colores coctiones rei-
terando contrahet, dum tandem ru-
beus, splendidus, fixus & impermuta-
bilis color apparebit, qui perfectæ

Argen-
tum eua-
nescit cū
aqua for-
ti nisi ab
artifice
perito re-
tineatur.
concoctionis signum est. Sed magna
in reductione in corpus adhibenda e-
rit diligentia ne nimium decidat pon-
dere, alioqui totum ferè argentum in
spiritus aquarum acrium in reitera-
tione operis in vaporem euanesceat,
nec aliud periculum in hoc experi-

Causa
mutatio-
nis Lunæ
in Solem.
mento pertimescendum. Intertrimen-
tum hoc euitare poterunt ingeniosi,
neq. ratio suadet omnia in vulgus pro-
fundere. Hæc agendi methodus etsi à
superiori

superiori diuersus sit, tamē in vtraque eadē causa, idēque est effectus. Hoc enim tantum agitur, & sæpe dictum sæpius etiam repetendum est, vt omnis aliena ab argenti viui natura impura substantia à metallo secernatur, solāque argenti viui substantia pura supersit, quæ concoquenda & definiēda est, dum colorem citrinum contraxerit, signum perfectæ concoctionis. Atqui hoc experimento & argenti methodo hæc omnia præstantur. Certum enim est solutione cuiuscunque corporis misti in fluidam consistentiam ab aqua heterogeneam & impuram omnē substantiam excerni. Hoc exemplo salis communis atrii & impuri demonstratur, qui solutus in aquam ab aqua impuritatem omnem in vasis imo derelinquit. Qui autē in aqua clarissima effusus & solutus est, si agente calore incrassetur, niueus conspicietur. Secretioni autem huic adiumento erit argenti viui substantia pura, ipsum enim quod suæ naturæ est, retinet, alienum respuit. Et in reductione post coagula-

Sal pur-
gatur so-
lutione.

tionem, quod heterogeneous & impu-
rum est, abit in faciem. Quod verò pu-
rum est, liquatur & in canaliculam fer-
ream projectum in metallum frigore
concrevit. Vis autem ignea aque acris
definit & concoquit humidum: ter-
reum autem argenti, quod actu est al-
bum potentia rubrum, per operis rei-
terationem rubescit, suumque humi-
dum tingit in citrinum, & hic color
est indelebilis, est enim radieitus infi-
xus. Sic argentum ab iisdem causis, qui-
bus & in superioribus agendi metho-
dis, in aurum trāsit. Cum enim sensim
illi accidentia auro propria accedunt
per præparationem, tandem auri for-
mam contrahit. Omne enim corpus
sub certa quantitate stans apprehēdit
ad se formam in momento. Argentum
autem, quod propius ad auri naturam
& mitionem accedit, quàm reliqua
metalla, facilius hac methodo formam
auri ad se trahit: cætera ægerrimè sed
excernendum prius est ab illis argen-
tum viuum fluidum, quod cum calce
auri concoctum in aurum mutari po-
terit.

terit. Hanc argenti in aurum mutationem hoc experimento nostro didicimus, à similitudine ferri in æs. Soluatur vitriolum in aquam ab aqua, in hanc aquam ferriamenta præiiciantur, ferueat aqua usque ad consumptionem tertiæ partis illius, sub diuo relinquatur, subsidebit in imo vasis ferrum & vitriolum. Effundatur aqua clara, immitratur alia. Hoc repetatur sæpius, dum tota vitrioli substantia soluta in aqua, nec non impuritas ferri effusa sit, conspicias in fundo puluerem rubrum, qui in folium liquatus & in canaliculam proiectus, in æs purissimum concresecet. Si quis omnia hæc accuratius perpenderet experiendo & manum operi admouendo, lucrum inde non minimum captaret, & vberius quidem, quam alia aliqua arte consequeretur, si modò opus rectè perageret. ¶ Verum hæc eò à nobis scripta non sunt, ditescendi ut artem doceremus, sed ut veram esse eam demonstraremus. Hic enim finis est & scopus nostræ Apologiæ. Scio tamen plures tanto comparandarum opum æstu fla-

Mutatio
ferri in
æs.

Effectus
superius
dictorum

Finis A-
pologiæ
huius.

Confiliū
authoris.

grare, vt nullam aliam ob causam Argypocæiæ & Chrysopocæiæ incumbendum esse putarēt: perpaucos video, qui spreta opum immensitate, quā hæc ars suppeditare potest, paucis & necessariis contenti admiranda Dei opera non solum in plantarum & animalium ortu, sed & in mutorum & inanimorum horum corporum dissolutione & mistione contemplari desiderent, quæ hac arte inuestigando oculis conspiciuntur & manibus palpantur. Illis famelicis & auri sitientibus vt satisfiat, horum autem piis desideriis vt prouideatur, & in vniuersum omnibus huiusce artis percupidis & amatoribus, si me, quibus operibus incumbendum sit consuluerint, dicam ingenuè & bona fide, & quod mihi, idem quoque illis consultum esse velim. Magna equidē sunt, quæ ex præscripta priori methodo aggredienda verè & apertè demonstrari, quæque si ad exitum perducantur, magna cum fœnore prouentura sint. Verum omnia hæc laboriosa, tædiosa admodū & difficilia, siue argētū
vium

viuū à corporibus metallicis arte summa eruendum sit, siue vulgare præparandum, vt necesse est, seu argento & auro vis quædam ignea accersenda sit, quæ in argentum viuum agendi facultatem habeant, & illud coquendi: seu argentum viuum cum auro tam arctissimè per exiguas portiunculas miscendum & vniendum sit, vt in vaporem vtrumque simul sursum feratur igne agente & in vas recipiens in argenti viui formam delapsum coire oporteat, seu argentū summa præparatione præcedente sine semine in aurum mutandum sit. Præterea in hac priori methodo pluribus opus est vasis, fornacibus, aquis, oleis & quam plurimis aliis rebus. Sed & hæc non sine magnis sumptibus fieri poterunt, priusquam quod quæsitum est, verum esse experientia comperiatur: multa enim in tractandis vasis pericula solent incidere. Insuper & hæc omnia assiduam operā sine intermissione desiderant. Etsi illis incumbendum sit, propriæ professionis partes & functiones deserendæ sint ne-

Incommoditates prioris methodi.

cesse est. Atque hinc quod maius ma-
 lum video, bonorum virorum existi-
 mationi plerumque detrahitur. Tan-
 dem ex tam multis & assiduis labori-
 bus, opera & oleum, vt dici solet, teri-
 tur plerumque nisi ab artifice ingenio-
 so & maximè experto administrentur
 qui etiam in causarum naturalium co-
 gnitione versatus sit, vt errorem, si
 primùm voti compos non extiterit,
 emendare possit. Neque tamen hæc
 damnanda aut contemnenda sunt,
 quippe quæ ad altera concipienda &
 capescenda aditum facillimum præbi-
 tura sint. Sed de iis ita sentiendum esse
 puto, vt nihili æstimanda sint, si chryso-
 gonix seu femini nostro aurifico com-
 parentur. In huius inuestigatione cæ-
 teris omnibus explosis Argyropœiæ
 studiosos omnem operam collocare
 oportet. Cognitis enim paucis, quæ
 tantopere & iure quidem occuluerūt
 veteres, cætera nullius vel minimi la-
 boris æstimanda sunt. Sunt autem quæ
 celauerunt, tria hæc, Materia, causa ef-
 ficiens & locus, quibus nomē propriū
 non

In solius
 feminis
 aurifici
 inuestiga-
 tione in-
 cumben-
 dum.

Tria à ve-
 teribus
 celata

non imposuerunt, sed inuestigantes ad naturæ opera relegauerunt, & rectè quidem. Materia ex qua triticum generatur, est triticum & humor ex terra & aqua mistus: Causa efficiens partim est insita grano tritici, partim est externa, nempe calor solis in aere circumambiente. Locus est terra: sic in Chrysopœia materia ex qua semen aurificum generatur, est aurum, & suum argentum viuum: hanc materiam barbaro nomine appellarunt, **R E B I S**, quod ex bina re primum componitur, quæ tandem coctione diuturna futura sit vna specie & numero. Causa efficiens est partim vis insita in auro, partim calor externus, qui calorem solis æmulatur. Locus est fornax, quam Athanorem appellant, cum suo tripode arcanorum & ouo vitreo, quo includitur materia. Humor è terra & aqua mistus calore solis & aeris circumambientis agente dissoluit granum tritici, quod corrumpi vulgò existimatur, vt superius diximus. Dissolutionem aut corruptionem sequitur germen, quod

Ortus se-
minis au-
rifici na-
turalis
est non se-
cus ac plā-
tarum &
anima-
lium.

REBIS.

Similitu-
dines in
ortu triti-
ci & semi-
nis aurifi-
ci.

est materia semini futuro proxima: hinc crescit, multiplicatur & sensim concoquitur, dum ad maturitatem peruenerit: toto hoc temporis curriculo varios subinde mutat colores. sic argentum viuum nostrum dissoluit aurum & dissolutione peracta generatur gerimen, quod est materia semini argentifico & aurifico futuro proxima, quę paulatim concoctione viribus augetur, dum tandem in massam rubram & duram vt vitrum concreuerit. Et hinc puto nomen lapidis illi inditum fuisse. Lapis hic vase effracto minutissime teritur & inclusus vase vitreo luto obstructo igne excellenti triduo concoquendum est, dum in puluerem rubrum seu purpureum fixū & igneū abierit, & perfectionem summam consecutus fuerit. In cuius superficie natabit terra impura, quam damnatam & vituperatam appellant, quę abiicienda est. Hoc postremum opus trium dierum appellare solent. Nec pauciores toto motus tempore colores materia seminis nostri contrahit,

Vnde nomen lapidis.

Terra dā nata & vituperata.

Opus triū dierum.

hit,quàm planta. Quorum tamen tres
 præcipuos artis periti notarunt: ni- ^{Tresco-}
 grum, album & rubeum. Contracta ^{lores in}
 tamen albedine appellatur semen ar- ^{femine}
 gentificum seu Argyrogonia vim & ^{aurifico}
 facultatem habens mutandi argentum ^{dum mo}
 viuum cuiuscunq; e generis in argen- ^{uetur.}
 tum purum: sed maluerunt vltius
 progredi, & sola concoctione conti-
 nuata aucto calore aurificum semen
 producere. Quemadmodum autem
 iactis in agros feminibus cætera Na-
 turæ committit agricola, dum messis
 tempus aduentarit: Sic Argyropœiæ
 cultor, vbi primùm vasi materiam in-
 cluserit: & conuenientem calorem ex-
 hibuerit & continuò fouerit, nihil illi
 laboris impendendum erit, sed calori
 committenda cætera, dum semen pri-
 mùm albedinem contraxerit: atque
 hinc vim & facultatem argentificam;
 tum demum verò continuata conco-
 ctione in puluerem rubrum aurificum
 prodierit. Huic operi conficiendo plu-
 ribus fornacibus, vasis, aquis, oleis mi- ^{Pauca}
 nimè opus est, sufficit vnica fornax a- ^{ficiunt ad}
 arte hanc.

pta, aurum & suum argentum viuunt.
 Sufficit vnica ad summum auri vnica,
 nec in posterũ alia adiicienda est. Nul-
 la etiam possunt incidere pericula. Se-
 mel enim incluso semine & calore cir-
 cumposito, nec tangitur, nec lœo mo-
 uetur, dum ad maturitatem peruene-
 rit. Neque assiduam opus est collocare
 operam, sed solus ignis fouendus, minus
 deferendæ sunt propriæ professionis
 functiones sed magna & admiranda
 moliendo, nihil agi vulgò putabitur. Sic
 apud omnes retinebitur plausibilis e-
 xistimatio, neque quicquam illi detra-
 hetur. Porro si lucrum magis expeten-
 dum sit, quàm admiranda Dei potestas
 in operibus naturalibus, quæ ab eius o-
 mnipotentia fluxere, nullus huic pul-
 ueri aurifico comparandus erit thesau-
 rus, quippe cuius drachma, etiam si se-
 mel tantum ortum subierit, argenti
 viui 200. vel plures ex quantitate vi-
 rium statim igne externo iuuante, con-
 stringet, & in aurum purissimum mu-
 tabit. Huiusce tã admirabilis effectus
 causa est vis ignea auro, postquam à
 suo

Admiran-
 da Dei
 potestas
 in hac ar-
 te.

Diuitiæ.

Vnde ef-
 fectus
 hic tam
 admira-
 bilis.

suo proprio humido seu argento viuo fuerit solutum, longa & temperata concoctione quæsitæ. Quæ vis cum primùm in auro sopita esset & potentia tantùm, eadem solutione & concoctione in actum erumpit: non secus ac vis in ovo delitescens calore gallinæ excitatur, vt tandem inde pullus oriatur, qui longè nobiliori & præstantiori forma, constat quàm ouum. Sic & semen aurificum longè nobilius suo auro, à quo originem traxit. Vis hæc aurifica per qualitates igneas semini longa concoctione quæsitæ redundātem argenti viui vulgaris, aut eius, quod metallis inest, humiditatē coercet & temperat, atque ex hoc temperamento imperfecta argenti viui mistio perficitur, statimque aurea forma illi impertitur. Sed quod magis admiratione dignum est, vires illius in infinitum ex reiteratione operis adau-

Augmē-
tatio vi-
rium in
infinitū.

H j

re concoquatur; tandem etiam in pul-
uerem rubrum, & breviori quidem
tempore prodibit, multiplicatis viri-
bus prioribus, & quò pluries opus rei-
terabitur, tantò celerius absoluetur, &
efficacioribus viribus opus augebitur.
Nam ceu tritici grana iterum atque i-
terum sata numerum & quantitatem
in infinitum augent: sic semen aurifi-
cum iterum atque iterum solutum &
concoctum vires proprias in infini-
tum augebit. Et ut in seminibus plan-
tarum & animalium proprium hoc
munus est, sobolem suam per genera-
tionem propagare, sic semini aurifico
hoc proprium est, ut primum sæpius
solutum à suo argento viuo & conco-
ctum, viribus increseat, quibus per mi-
stionem cum argento viuo vulgari vel
metallorum, speciem suam auream
propaget. Huiusce incrementi memi-
nit Augurellius sub finem suæ Chry-
sopœiæ his Versibus.

*Extremo hic igitur prudens ne cede labori,
Nam brevis atque artis minima est, sed di-
vitis usus.*

Ergo

Ergo vel imprimis fuluo contunde metallo
 Confecti paulum medicaminis, idque beati
 Pulueris ac tutum pra se vim ferre videbis.
 Vel grauidum puro semen cum rursus ab auro
 Haud facili, & multa extrusum collegeris arte.
 Qui modus ex illis, quae pridem exegimus extat
 Expressus saris, & fari non omnia par est,
 Hinc in purpureae partem mox pulueris aquam
 Immisce, atque illis lentum succende calorem,
 Et geminos illos etiam simul excoque menses,
 Quo seriem spacio cunctam prodire colorum
 Peruideas, qualem ternos miratus in annos
 Videris, atque breui sumas, quae maxima longo
 Tempore iam tota quaesisti sedulus arte.
 Idque iterum atque iterum facias, quotiesq. peractum
 Id fuerit, toties vires illius & ipsum
 Puluerem ex auctes cumulum, namque ocyus ipse
 Crescit, & hinc aliam sumit retinetque priorem
 Virtutem crescentem etiam, nec credere vanum est,
 Illam adeo interdum priscis autoribus auctam.
 Ipsius ut tenui proiecta parte per undas
 Aequoris, argentum tum vinum si foret aquor,
 Omne vel immesum verti mare posset in aurum
 Neptunusque super diuos ditissimus omnes
 Tum fieri, & strato lusum Nereydes auro
 Ire super, puro siccantes sole capillos
 Cerulea, quo non alius color aptius auro
 Haret, & aethereo cui plenè conuenit aurum.

Postremum hoc hyperbolicè ab
 Augurello ductum est, ut intelligatur

H ij

ortum & propagationem huiusce seminis & auri in proxima materia, scilicet argento viuo in infinitum abire. Non secus vt in propagatione aliorum corporum naturalium euenire solet. Sanè huiusce seminis concoquendi & perficiendi ratio adeò est æmula naturæ, vt nulla opus sit arte, vbi primum aurum suo humore fuerit mistum, nisi quod calore proprio & conuenienti fouendum erit semen. Idcirco in administratione aut propagatione seminis huiusce nihil vtilius, quàm assidue in contemplatione operum naturæ incumbere. Inficiari nolim recentiores huiusce artis auctores compendiosam magis viam edocere, quæ si præstari possit, nec tam facilis est, nec cum tanto fœnore habet exitum. Insistamus vestigiis patrum, qui nusquam nos aberrare posse verissimè professi sunt, si naturam ducem sequamur. Neque tamen ex iis, quæ dicta sunt, tam facilem existimare artem oportet, vt quiuisset statim assequatur. Nam aurum præparandum est, vt
solutioni

Veterū
 via facili-
 or &
 securior
 quàm
 recentiorum.
 Ars difficilis est.

solutioni minimè fit contumax, & id
 quidem satis arduum. Neque verò
 existimandum est argentum viuum,
 quod soluendi auri obtinet facultatem,
 esse illud vulgare, quod palam à Pharmacopolis aut mercatoribus
 venit. Cum enim à corpore, quod similitudine
 totius substantiæ aurum referat, & temperamento sit calido &
 humido, solutionem eiusdem auri præstari
 oporteat, illam quidem similitudinem
 argentum viuum obtinere negari non potest,
 temperamento autem esse frigidissimo. certum est & maxime
 indefinito. Sed aliunde nobis argentum
 viuum arte ingeniosa proliciendum & educendum
 est à corpore paucissimis noto, quod natura concoxit,
 quod etiam similitudine totius substantiæ
 aurum magis referat, quàm argentum viuum
 vulgare; quodque nulla arte, sed primo quoque
 contactu & attritu cum auro non minùs coeat
 & misceatur, quàm aqua aquæ: iam
 contemplare aliùs, quod nam sit illud corpus.
 Præterea fornacem, quæ con-

Argent.
 viuum.
 Philosophorum
 nō commune
 est.

Fornax
philoso-
phica.

Arcano
rum tri-
pos.

Arcanū
in gradu
caloris
consistit.

Pulvis in
Dei pote-
state si-
tus est.

Palinge-
nius.

tinuum & æqualem calorem submi-
nistrare possit, pauci norunt. Sed pau-
ciores tripodem arcanorum, & pau-
cissimi pabulum caloris, cui æquabili-
tatem præstare possit. Totum ferè ar-
canum in gradu caloris consistit. Nam
veluti vim pulli effectricem & ouo in-
siram, à calore externo superari non
oportet, alioqui induresceret ouum,
nec pullum vsquam imposterum ede-
ret: sic vis seminis futuri, id est, auri
misti cum suo argento viuo exinaniē-
da non est, alioqui non dissolueretur
aurum, nec germinabit, nec fiet mate-
ria auro proxima, sed in aurum calore
nimio agente concreveret, rursus si
defecerit calor, laborem artificis fru-
strabitur. Tandem verò pulvis hic au-
rificus in Dei potestate situs est, quem,
cui vult, largitur & subtrahit, & frustra
ab iis quæritur, cui denegatus est. Hinc
Palingenius in suo Zodiaco ait, cum
pulverem hūc aurificam viris piis quæ-
rentibus respondisset Apollo sub æni-
gmate & oraculo quodam obscuro, &
hinc ad cōuexa cœli euocasset, sic sub-
dit.

Tunc

*Tunc mentis divina homines oraculo ceca
 Voluentes animo ancipiti, vix tempore longo
 Experti multa & non parvis sumptibus, illam
 Inuenere artem, qua non ars dignior ulla est,
 Fingendi lapidem ethereum, quæ scire prophanis
 Haud quaquam licet, & frustra plebs improba
 quarit.*

*Quem qui habet, ille potest ubi vult habitare
 decenter,*

*Nec fortuna iram metuit, nec brachia furum.
 Sed tanto paucos dignantur munere diui.*

Videbor forsitan plura dixisse,
 quàm quæ ad quæstionis propositæ.
 An sit ars : necessaria fuissent. Ve-
 rum adeò connexæ sunt quæstiones.
 ut, an esset ars, confirmari non potue-
 rit, quin simul demonstraretur, quomo-
 do esset : Tùm verò quod his, quæ di-
 cta sunt, velut armis ex penu naturæ
 depromptis, argumentorum Erasti acie
 oppugnare propero.

Nunc igitur Erasme ad te me con-
 uerto, nunc mihi tecum commi-
 nus congregiendum est, & ratio-
 nibus physicis opinio tua in re, cu-
 ius ignarus es, funditus euertere. Sed
 quoniam in omnibus ordo necessarius
 est, imò instructa vtrinque acie, qui

Ultima
 Apolo-
 giæ pars.

Confuta-
 tio argu-
 mento-
 rum Era-
 sti.

dimicaturi sunt, plerunque ex ordine opportunè constituto victoriam referre solent: sic quem prosternendis argumentis tuis ordinem seruaturus sim, dicam. In primis conuiciis, iniuriis & maledictis, quibus Argyropœicæ & Chrysopœicæ studiosos insectaris passim, cum nihil aliud præstare possis, nullum à me responsum accepturus es. Nihil enim hæc ad veritatis cognitionem pertinent, hæc modestum & grauem virum minimè decent, quem opinioni suæ contradicentes, demonstrationum vi & robore conuincere oportet, non vetularum petulantium more acclamare, & furentium hominum ritu excandescere. Sanè in multis, quæ tu proponis, in tuam meiturum sententiam audies, quod fundamentis demonstrationum naturalium innitantur. Sed vt omnia magis aperta fiant, opportunum esse putauì, si, quem ante in confirmatione Apologiæ continuata orationis serie stylum seruauì, in refellendis, quæ aduersus eandem afferuntur ab Erasmo argumentis, post hæc

Ordo in
refellen
dis argu-
mentis
Erasmi.

hac mutauero. Nihil enim ad discer-
 nenda, quæ proponuntur aut enun-
 ciantur, vera an falsa sint, commodius
 & expeditius esse puto, quàm omnia
 ad Syllogismi formam reducere. In Redu-
 his enim, quæ orationis copia dicun- ctio ar-
 tur, plerunque imprudentes decipi gumen-
 contingit, vt pro certis incerta, pro torū ad
 veris falsa & vana amplectantur. At in syllogis-
 his, quæ ad formam syllogismi redu- mi for-
 cuntur, omnia nuda & aperta sunt, mam.
 nullus fucus, nullus ornatus intermi-
 stus est, quibus veritatis lux, tanquam
 densissimis tenebris immersa & mens
 auditoris aut legentis perstringitur, vt
 intelligere non possit, sed cæcutire
 cogatur. Quo circa ab omnibus, quæ
 confusè, & identidem plerunque. E-
 rasste, aduersus Chrysopœiam attuli-
 sti, detrahetur verborum & orationis
 copia & ornatus, & ad nudam syllo-
 gismi figuram reducentur. Sic ad Dia-
 lecticorum normas exacta, veluti au-
 rum, cimenti, stibii, sulphuris aut a-
 quæ acris separatoriæ examinibus ex-
 positum, explorabitur, quantum veri-

De natu-
ra metal-
lorum in
visceri-
bus ter-
ræ.

tatis aut ponderis in iis contineatur, & quid de iis, quæ à me in contrarium aduersus ea afferuntur, statuendum sit, certo cognoscetur. Sed antequam ad præfigendam Argyropœiam & Chrysopœiam accedis, de natura metallorum, utrin visceribus terræ sua sponte & natura concreuere, disputas, & Aristotelem de materia eorundem differentem tueris aduersus Georgium Agricolam & cæteros. Quæ autem Aristotelis & cæterorum essent opiniones, supra attrigi. Ex his quæ verior sit, certi aliquid pronunciare non ausim: Sed sit ita, ut vis, & concedatur opinioni Aristotelis potius fauendum. Nihil tamen ad quæstionem propositam pertinet, an sit Argyropœia aut Chrysopœia ars vera, quæ materiam ex qua proximè in mineris metalla oriuntur, non inquit. Sed illi aliam materiam argento & auro proximam naturæ liberalitas obruit, cuius missionem imperfectam perficere possit causa efficiens, ut ex superioribus, quæ dicta sunt, manifestum est. Prosequeris
de

de natura metallorum differens, ipsa esse specie differentiam, & ductilia esse, neque argentū viuum metallum esse profiteris. Ego quoque in hoc tecū consentire. Sed quam præcipuam metallo differentiam assignas, quod sit ductile, hanc ego communem omnibus metallis assero, vt ab argento viuo & aliis corporibus discernatur. Sed quod esse ductile sit differentia specifica, nego. Specificæ enim rerum differentię nobis ignotę sunt, & loco differentiarum propriis vtimur. Neque quod sint ductilia metalla à seipsis differunt, sed quod perfectè magis aut minùs mista sint, & quod alia igni exurantur, aut in partes essentielles distrahantur, alia minimè, vt argentum & aurum. Coarguis deinde chemicos, qui vnicam tantum metallorū speciem solis accidentibus differentē posuere. Tibi etiā in hoc, non illis adhæreo. Vnumquodque enim metallum specie & formam propriam obtinet, per quā ab alia differt, & ab eadem nomen habet. Iam ad argumenta tua progrediendum, eorūque dissolutionem, vt

in hac tam celebri disputatione, quid
certò sit statuendum, intelligatur.

PRIMUM ARGUMEN-
*tum Erasti aduersus Argyropœiam
& Chrysopœiam.*

- I. Quæcunque ars ruinosis funda-
mentis nititur, citò collapsura est.

Atqui Argyropœiæ & Chrysopœiæ
fundamenta sunt, metallorum alia esse
perfecta, alia imperfecta, & hæc muta-
ri posse in perfecta: quæ falsa sunt fun-
damenta.

Ergo Argyropœia & Chrysopœia
citò collapsura est.

DE propositione nemo ambigit.
Assumptionem autem hoc pro-
bare vis argumento. Quæcunque for-
mam naturalem habent, & per illam
constât, perfecta sunt. Vnumquodque
autem metallum perfectum est & sua
forma constat & ab illa nomen habet,
& falsum esse, reliqua metalla esse
quæ-

quædam rudimenta auri. Ergò vnum-
 quodque metallum perfectum est.
 perfectionem autem maiorem reliqua
 metalla assequi non posse, hoc etiam
 argumento probare contendis. Vbi
 primum causa efficiens naturalis mo-
 rum in materia perfecit, cessat, nec
 amplius aliquid in ea meditatur. Ne-
 que vsquam naturam aliquod metallū
 in mineris terræ in aliud mutasse, & fi-
 gmentum esse, quod de imperfecta
 horum metallorum mixture in mi-
 neris dixerit Chemici. Cum primum
 enim à frigore in metallum densata
 fuerit materia, frustra coctionem ex-
 pectari. Cum igitur natura viliora me-
 tallia in nobiliora nusquam transmu-
 tarit, minus etiam ars id præstare po-
 terit.

*Responsio ad primum Argu-
 mentum.*

Respondeo ad Assumptionem: Metalla
 non dici alia perfecta esse alia imper-
 fecta propter formam, sed propter
 mixturem. Vnumquodque enim per-

Perfecta
dicuntur
metalla
propter
mistio-
nē non
propter
formā.

fectum est, si formam spectemus, quòd per eam vnumquodque constet, si mistionem, aliud perfectum, aliud imperfectum. Quod enim imperfectè mistum est, imperfectum dici potest, vt ignobiliora metalla, quæ quòd minus mista sint, igne dissoluuntur: Argentum & aurum, quòd indissolubilia sint ab igne, præsertim aurum, perfectæ dicuntur. Sic Aristoreles cruditatem, imperfectionem, concoctionem, perfectionem appellauit, libro Meteorologicorum quarto, & tamen quæ ad maturitatem nondum peruenerunt, formam habent substantialem, qua constant & perfectæ sunt, vt vix immaturæ: Neque propterea velim cum quibusdam opinari, metalla reliqua esse quædam rudimenta auri, sicut in vix immaturis dici potest. In his enim vis insita efficiens nondum motum suum perfecit: in illis scilicet metallis, cum frigore densata fuerit materia in speciem metalli, motum suum peregit natura. Non igitur falsum est fundamentum in *Argyropœia* & *Chrysopœia*,

poeia, metallum aliud dici perfectum,
 aliud imperfectum, si mitionem eorū
 inuicem comparemus, & aliam im-
 perfectam, & aliam perfectam, & aliā
 perfectiorem esse. Hæc perfectio & Perfe-
ctio &
imperf-
ectio in
vegetabi-
libus &
anima-
libus nō
dici po-
test, vt in
solis me-
tallis.
 imperfectio in vegetabilibus & ani-
 malibus, quæ formam habent substantia-
 tialē, dici non potest. Non enim con-
 stant per solam mitionem, vt in ani-
 ma hæc & multa corpora, quæ sola mi-
 stionis lege diuersa differunt inuicē,
 sed aliquid præstantius habent, quod
 ea mouet, vt formam suam consequā-
 tur, vt etiā in superioribus dixi. Quod
 posteriori loco dicis, iam perfectum a
 sua forma à natura amplius perfici nō
 posse, nec eandem naturam ignobi-
 liora metalla in nobiliora perficere in
 visceribus terræ, concedimus. Nec il-
 lis adstimulamur, qui impeditam fuisse
 naturam dicunt, quod omnia in au-
 rum non transmutarit. At non pro-
 pterea tibi concedimus consecutio-
 nem argumenti tui, scilicet arte adiu-
 trice eandem naturam extra mineras
 terræ, ex ignobilioribus metallis nō

biliora metalla producere non posse.
 Quædam enim in solius naturæ pote-
 state sunt, vt metalla ex suis principiis
 concreta, quæ sua sponte à sola natura
 ortum habent, nullius artis aut alterius
 indiga. In his omninò imitari naturam
 non possumus, cum quæ eorum sit ma-
 teria proxima & causa efficiens, igno-
 remus. Quædam verò natura sola sine
 adiutrice arte producere nequit, vt
 triticum. Nisi enim terra excolatur
 prius, deinde triticum feratur nō pro-
 pagabitur. Quædam verò etiam magis
 sunt in artis potestate, & quæ sola na-
 tura nusquam efficit, nec effectura est
 sola, vt quæ arte miscentur aut dissol-
 uuntur. Nam etsi omne corpus ex si-
 nu naturæ prodierit, ex illo tamen nus-
 quam natura sola produxit aut produ-
 cet vitrum. At ars subiicit omne cor-
 pus naturale igni, qui ipsum exurit &
 vertit in cinerem, & hinc ex omni ci-
 nere vitrum producit. Sic natura a-
 quam vitæ ex vino nusquam distilla-
 uit, ars prolicit eandem. Eadem di-
 uersorum generum & specierū aquas
 verè

Natura
 sola quæ
 dam non
 possunt
 efficere.

verè permiscet, quæ nusquam natura
 miscuit. Nihil igitur mirum, si natura
 postquam in visceribus terræ ignobi-
 liora metalla produxerit, ex iisdem ar-
 gentum & aurum producere sola non
 potuit aut possit. Quippe ipsa sine arte
 ignobilia metalla in materiam argē-
 to & auro proximam dissolvere non
 potest, nec etiam meditata est, nec eā-
 dem arti proximam dissolvere non po-
 test, nec etiam meditata est, nec eandē
 arti proximam materiam in mineris
 suis concoquere. Alia enim maté-
 riam, aliam causam efficientem habet
 natura. Et ars dissolutionem hanc ex i-
 gnobilioribus metallis in proximam
 materiam, & eandem necnon argen-
 tum viuum concoquere, & mistio-
 nem imperfectam perficere nouit. I-
 ipsa tamen est tantum naturæ adiutrix.
 Quippe quod omne corpus sit natura-
 le siue agens, ut ignis, quo ars utitur, si-
 ue patiens, ut metalla. Hæc opera in
 vegetabilibus & animalibus ars effice-
 re non potest quod motus in illis non
 sit in artis potestate, sed vis imita-

Causæ
natural-
es in mi-
stione
sunt in
artis po-
testate.

teriz. At his quæ propter simplicem
mistonem aut dissolutionem constât,
causæ quæ eas præstant, sunt in artis
potestate, vt ignis, & ea quæ sunt i-
gnea, & mistionem hanc inchoare &
semicoquere vel concoctionem per-
ficere potest, vt in lateribus semico-
ctis aut perfectè coctis. Prolixior in
huiusce argumenti solutione fui, tùm
quod ab eo, tanquam à machina insu-
perabili, totam Chrysopœiam colla-
psuram putaueris Erasme, tùm quod
multis aliis dissoluendis inserviet. Sed
& aliud sequitur argumentum, quod
non minus, quam hoc totam artem
confodere queat.

Secundum Argumentum.

- II. Perfectorum speciei nulla est com-
mutatio in aliam speciem sub proxi-
mo & vno genere comprehensam, vt
Asinus in canem transmutari non po-
test, quia sub eodem genere, scilicet a-
nimalis comprehenduntur.

Atqui plumbum, stannum, æs & fer-
rum, argentum & aurum perfecta sunt
specie

specie, & sub eodem genere, scilicet metalli comprehensa. Ergo,

Illa in hæc transmutari non possunt.

Responsio.

Hoc secundum argumentum sæpius repetis Erasme. Sed propositionem tuam priorem non indistinctè nec semper esse veram, demonstrabo. In stirpibus enim & animalibus diuersæ speciei sub eodem genere proximè comprehensis concedendam esse putabo, quod per ortus & interitus, siue generationis & corruptionis motum producantur, & in corruptis aut genitis nullum prius accidens sensile superfit. At in mixtis simpliciter nego propositionem tuam habere locum.

Mutatio enim ferri in æs purissimum, quam supra docui, contrarium demonstrat: Et plus fidendum Demonstrationi, quam opinioni tuæ. Atqui ferrum & æs sunt sub eodem genere metalli, nec fit resolutio accidentium sensilium omninò in illa mutatione, sed vtrunque sub metalli forma per-

Mutatio
ferri in
æs sine
interitu
speciei
metalli-
cæ.

Argenti
in aurū
mutatio.

Ouum
perfici
non cor-
rumpi.

A finis
mutatur
in canē.

mauer. Adieci etiam experimentum à me probatum de argento in aurum mutato, sine interitu metallicę formę, id quidem difficilius. Idcirco in ferro mutando in æs quisque nullis aut paucis sumtibus & facillimè experiri poterit vt propositionem tuam non semper esse veram iudicet. Quid si dixerō cum Scaligero ouum cum in pullum mutatur, non corrumpi sed perfici, nec in alterius speciei genus transire, sed formam in eo esse actū? Sed esto, concedatur tibi tua propositio. Sed & assumptio, an propterea conclusionem tuam tibi concedendam putabis? Nonne si A finis à cane depastus, in semen caninum post longas mutationes transmutaretur, crederes semen in canem transmutari posse? Hoc te negaturum non puto. Quid si etiam dixerim, stannum, plumbum, æs & ferrum in argentum viuum mutari posse, & materiam esse argento & auro proximam apud artem probauero, nonne illud in hoc mutari posse concedes? Neque enim dispar est ratio. At
dices

dices forsitan metalla illa in argentum
 viuum dissolui non posse. A te quidem
 qui huiusce dissolutionis ignarus es,
 fieri posse non puto. Negabis etiam ar-
 gentum viuum esse materiam argento
 & auro proximam. Ego autem id ex-
 pertus sum in argento viuo ex stanno
 prolicito, quod sola coctione in puris-
 simum aurum à causa efficiente muta-
 rum est. Et materiam esse proximam
 argento & auro multis argumentis su-
 perius demonstraui, & ex his, quæ se-
 quuntur, apertius declaraturus sum.
 Hoc igitur tuum argumentum nulla-
 tenus Argyropœciam aut Chrysopœciã
 labefactare poterit. Non enim vt dixi,
 eadem est in omnibus ratio ortus &
 interitus quæ simplicis mistionis &
 dissolutionis.

Mercurius ex
 sola co-
 ctione in
 aurum
 mutatus.

Tertium Argumentum.

Quæ Natura efficit, ars efficere non
 potest.

Atqui sola natura argentum & au-
 rum generare potest Chrysopœciã au-

rum, aut Argyropeëia argentum non generare potest.

Propositionem probas hac ratione, si ars esset effectrix generationis ut natura, nullum inter hæc & illam esset discrimen.

Responsio.

Ars non
est causa
efficiens
prolifera
sed adiuvans.

Responsum est supra primo argumento, Artem tantum esse adiutricem & impellentem, omnia autem fieri per causas naturales, ut præcipue agentes, & naturam aliquando ex se sola in visceribus terre, ex sua materia metallica producere & eandem naturam ex materia, quam iam produxit, argentum & aurum generare, sed solam id præstare non posse, nisi adiutrice & impellente arte, quæ igne & igneam vim habentibus reliquis metallis in materiam argento & auro proximam dissoluens, post concoquit, & à causa efficiente perficit, si de potentia ad actum promoueatur. Adduxi etiam Exemplum, de vitro, quod est corpus

pus naturale materia & forma constans, quod ex omni materia in cinerem versa vi ignis conflatur, quod nusquam natura sola efficere potuisset, nisi ab eiusdem causis naturalibus ars materiam præparasset. Quod igitur ais, naturam solam efficere, quæ ars efficere non possit, si de causa efficiente præcipua intelligas, facile tibi concedam: si de causa adiutrice, minimè. Præcipuè verò in his, quæ solam missionis rationem & nomen obtinent, ut fusilibus & liquidis, quæ igne miscentur.

Quartum Argumentum.

Quod imperfectum inchoatumque est, in specie nulla reperitur. 17.

Atqui vnumquodque metallum sua specie est perfectum. Ergo,

Metalla reliqua dici imperfecta aut inchoata non possunt, ut in argentum aut aurum mutari possint.

*Responsio ad quartum Argu-
mentum.*

Mistura
metallo-
rum im-
perfecta
est, non
forma.

Hinc argumento ex superius dictis
respondemus, perfectionis nomen esse
æquiuocum. Si enim forma & species
vniuscuiusque metalli spectetur, v-
numquodque est perfectum. Si mistu-
ra sola auri est perfecta, at reliquorum
imperfecta. Sed in naturalibus corpo-
ribus, ea, quorum humidum est indefi-
nitum & defini potest, imperfectum
dicitur. Concoctio enim, inquit Ari-
stoteles, est quædam perfectio, & fru-
ctus immaturi priusquam mature-
scant, imperfecti habentur, quoad ma-
turitatem, quæ est perfectionis spe-
cies. Quod autem tua immatura sub
specie naturali reponatur, propositio-
nem tuam, Erasme, euertit. Vnam qui-
dam acerbam & immaturam, vnam
maturæ proximam & finitimam esse
nemo dubitat. Sed argentum vitium
vulgare paulo ab humiditate & frigi-
ditate vindictum, aut quod à met-
allis arte eductum est, magis in natura-
li re-

li rerum specie persistit, magisque
 est materia argento & auro proxima,
 quam vva acerbâ vva maturâ: quip-
 pe quod hæc, si defit causa efficiens,
 statim putrescat, si autem eadem præ-
 fens sit causa, maturefcere nisi longo
 temporis interuallo non possunt. At Mer-
curius non
corrum-
pitur.
 argentum viuum, nusquam corrup-
 pitur, etiamsi causa præteriti, quæ illi
 ortum dedit, fuerit absens. Hinc i-
 psum Plinius liquorem æternum ap- Liquor
æternus.
 pellauit. Vi autem efficiente semini
 argentifico aut aurifico infusa, & calo-
 re igneo externo iuuante ex eodem
 argento viuo statim argentum aut au-
 rum concrefcit.

Quintum Argumentum.

Natura produxit omnes species
 propter fines vsûsque certos & ho-
 minibus necessarios.

Atqui ferrum vsui hominum æquè
 necessarium est vt aurum.

Natura ferrum aut reliqua metalla
 non produxit, vt ex his aurum effi-
 ceret, sed vt vsui essent homini-
 bus.

Responsio.

Argumentum hoc etsi verum sit, nihil tamen ad propositam attinet quæstionem. An Ars sit, nec concludit, si propter vsus varios, natura produxit vnum quod metallum, ex alio aliud generari non posse. Diuersæ enim sunt conclusiones, & diuersæ conclusiones, & diuersa cōcludēdi media.

Sextum Argumentum.

Qui dicunt viliora metalla eadem tantum ratione ab argento aut auro differre, qua æger à sano homine differt, inscite dicunt. At Carbonarij ita sentiunt. E. Inscitè dicunt.

Propositionē ex eo confirmas, quod vnumquodque metallum ab alio sua propria specie differt. Assumptionis probationem retices, sed ex eo colligendam dicis, quod semen argentificum aut aurificum quidā dixerunt esse medicinam metallorum, cuius Geberin summa tres statuit ordines, priorem quæ alteraret tantum, secundam quæ palliando tantum perficeret: posteriorem & tertiam, quæ omne

extra

Tres ordines
medicinarum
metallorum
iuxta
Gebrū.

ARGYR. ET CHRYSOP. 139
extrariam ab argenti viui natura sub-
st antiâ excerneret & verè perficeret.

Responsio.

Priorem propositionem iam tibi cō-
cessi, & assumptionis autorē esse Ge-
brum in sua summa perfectionis. Sed Quæ de
hōs tres medicinæ ordines à metapho-
ra statuit. Nam ceu qui sanus est, colo-
rem ægri abiecit, & omnia sani homi-
nis munera exequitur: sic metalla vi-
lora in argentum vel aurum inutata
colorem splendidum acquisiuerūt, &
examina eadem perferunt, quæ argen-
tum & aurum. Ex eorūdem enim per-
pessione formas diiudicari dixi: sed v-
nicam tantū formam omnia metal-
la habere, ne somniauit quidem Ge-
ber, qui metallorum genera in sex spe-
cies diuisit. Tibi autē Erasce assentior,
impropriè dictum esse, viliora metalla
à nobilioribus differre, vt æger homo
à sano, si ex propriis accidentibus eorū
formæ diiudicandæ sint: sin accidētia
eorū cōmunia tantū cōmunia inspe-
ctanda sint, nō omnino infensè ab iisdē

medici-
nis me-
tallorū
dicta
sunt, me-
taphori-
cè sunt
dicta.

dictam existimabo.

Septimum Argumentum.

Materia vnus formæ fieri non potest materia alterius formæ, nisi prius materia in aliam formæ proximæ futuræ materiam mutetur. At Chemici hoc non nituntur, sed communem dicunt esse omnium metallorum materiam.

Ex reliquorum metallorum materia argentum aut aurum efficere non poterunt.

Propositionem sic probas. Caro aut sanguis suillus aut quiuus alius nusquam animæ nostræ erit conueniens alimentum, priusquam in Chylum album, & deinde in nouum aliūque sanguinem permutetur. Assumptionem ex hoc probas, quod Chemici hoc non moliuntur, vt plumbi aut cæterorum metallorum materia ita transformetur vt fiat argento aut auro materia conueniens & proxima.

Responsio.

Propositionē priorem cōcedo. In sepe-

perioribus enim dixi, hanc esse nature
 legem inuiolabilem, vt nusquam alte-
 rius speciei indiuiduum sit alteri spe-
 ciei conueniens, nisi illud in hoc muta-
 tum fuerit. At assumptionem tuam ne-
 go, imò nihil aliud moliuntur Argyro-
 pœiæ aut Chrysopœiæ periti, quam vt
 reliquorum metallorum materiã in
 materiam argento & auro proximam
 deuerget, eaque à causa efficiente mo-
 ueatur & perficiatur.

Octauum Argumentum.

VIII.

Si materia vnitus speciei in mate-
 riam alteri speciei proximam mutari
 oporteat, tota illa mutanda erit.

Atqui cum Chemicis metallorum
 materiam in argentum viuum, alij in
 metallum aliud mutant, non tota mu-
 tatur.

Materia metallorum in alterius me-
 talli aut argenti viui materiam muta-
 ta, non erit proxima argento, aut auro
 materia. Nusquam formam argenti
 vel auri obtrinebit. Pfiore propositio-
 nem confirmas argumento adducto
 de suilla carne aut sanguine, qui nus-

quam erit proxima humano corpori materia, nisi prius in chylū & sanguinē humanum mutatus sit. Assumptionē probas à sensuum testimonio. Metalla enim mutata in alia metalla aut in argentum viuum videntur esse eadem materia: nam metalla fusa videntur esse argentum viuum, hoc autem sine igne est liquidum.

Responsio.

Falleris multum, Erasme, in similitudine carnis & sanguinis suilli mutandi in sanguinem humanum, & metallorum mutandorum in argentum viuum. Illius enim sanguinis mutatio est per corruptionem seu interitum eiusdem, & ortum Chyli & sanguinis humani, in qua mutatione omnia accidentia pereunt, & fit, ut dicunt, resolutio usque ad primam materiā, priusquam fiat sanguis humanus, nec quidquam sensibilis materię prioris percipitur, non secus ac in ligno mutato in cinerem, qui est proxima vitro materia. At mutatio metallorū nō est per corruptionē, sed simplicē dissolutionē & secre-

Mutatio metallorum nō fit per corruptionē, sed per dissolutionem simplicem.

secretionē eius materiæ, quæ ab argenti
 viui natura est aliena: Argenti autē vi-
 uum quod cōspicitur post dissolutio-
 nem, non est per ortum aut genera-
 tionem, sed per simplicem mistionem
 sub alia noua proportione misti cor-
 poris. In hac mutatione non fit resolu-
 tio materiæ metallorum vsque ad pri-
 mam materiam, sed conspiciūtur sen-
 silia quædam accidentia communia
 priori materiæ metallorum, & poste-
 riori materiæ argenti viui, in vtraque
 tamen mutatione fit interitus prioris
 formæ & ortus posterioris. Argenti e-
 nim viui forma nō est forma metallo-
 rum. Hæc in Argyropœiæ & Chryso-
 pœiæ confirmatione luculētius dicta
 sunt, quæ hic repetere superuacaneū
 putaui. Hæc igitur distinctione etsi to-
 ta metallorū materia mutata nō fuerit,
 non desinet propterea argentum vi-
 uum ex eadem dissolutū esse materia
 argento & auro proxima, quod à cau-
 sa efficiente proxima perfici poterit.

Nonum Argumentum.

Si materia metallorū esset materia ar-

12.

gento & auro proxima in mineris terrarum, ipsa causa efficiente presente in argentum vel aurum mutaretur.

At nusquam hoc in mineris receptum est, imò postquam propria unicuique metallo materia concreta fuerit & metallum factum fuerit nusquam permutabitur.

Metalla non sunt argento & auro proxima materia aut rudimenta eorum.

Responsio.

Nimis tibi incumbendum non est, Erasme, in probatione huius argumenti, quod totum tibi concedimus esse verum in mineris terrarum. At lex hisdem metallis extra minerarum locum argentum viuum prolici non posse à causis naturalibus arte adiutrice, & perfici in argentum aut aurum, tibi quidem, Erasme, est impossibile, quia ignoras nec vidisti. At his qui sciunt & experti sunt, possibile & facile. Hæc autem superius demonstrata sunt, ut longiori responsione opus non sit huic argumento.

Decimum

Quod natura in mineris suis non efficit, ars quoque extra mineras non efficit.

At ex mistione vaporum diuersæ speciei in mineris vna & eadē species metalli non oritur, sed diuersæ E.

Ex mistione metallorū diuersæ speciei cū argēto vel auro extra mineras vnum specie metallum non orietur. E
vana est Argyropœia & Chrysopœia.

Responsio.

Priori propositioni idem respondendum est, quod aliis argumentis, naturam esse præcipuam causam agentem, artem verò adiutricem & materiam subiicientem, vt causa efficiens agat in eam: Et eandem causam naturalem efficientem arte adiutrice, aliud efficere posse extra minerarum locū, quod in eodem loco sola efficere non potest: scilicet metalla resolvere in proximam argento & auro materiam, quod in mineris sola præstare non potest. Nihil igitur mirum, si ex diuersis

Causa naturalis efficiens aliud efficere potest arte iuvante, quod sola efficere non potest.

K j

vaporibus diuerſa ſpecie metalla in eiſdem venis oriantur, nec ſi aliud in aliud in eiſdem non mutatur. Nec minùs mirum, ſi ex vulgari & imperfecta miſtione metallorum per fuſionē ſuas quæque formas & ſpecies retinent: nō enim iis legibus coeunt, quibus diximus perfectam effici miſtionem. Poſthæc à te ſcripta, Eraſte, quæ vrgere magis videbantur, & quæ ad ſyllogiſmi regulas reduximus, iisque reſpondimus, multis verbis diuerſas chemico-rū opiniones de materia metallis proxima in mineris terræ enarras. Sed verē an falſe ſint, parum refert, quantum ad propoſitæ quæſtionis diſſolutionē

Materia attinet, an ſit ars. Non enim aurum e-
proxima laboraturi indigemus materia illa pro-
metallo-xima, quæ erat in mineris, priuſquam
rum alia xima, quæ erat in mineris, priuſquam
eſt in mi illa concreſcerent, iam enim diximus,
neris, alia id eſſe impoſſibile, maximæ cum to-
apud ar- tæ & tantæ ſint de materia illa proxi-
tem. ma opiniones, non ſolū inter Che-
micos, ſed & inter alios. Sed quæri-
mus materiam argento & auro pro-
ximam, quæ eſt argentum viuum vul-
gare,

gare, quod natura nobis vltro obtulit,
& illud, quod ex metallis arte erui-
tur. Itaque quæ contra Chemicorum
opinionem attulisti argumenta de ma-
teria illa metallis proxima in mineris
terræ, silentio prætereo, ne in illis con-
futandis operam & oleum teram. Hæc
enim Argyropœciam & Chrysopœciã
non oppugnant, quæ aliis nititur prin-
cipiis. Sed iis tantum argumentis re-
spondere proposui, quibus artem hæc
oppugnare contendis. Multa tamen à
te doctè scripta in refutandis Chemi-
corum opinionibus non inficiabor,
scilicet rem nullam verè & perfectè
mistam aut ortam iterum in idem il-
lud resolui, ex quo proximè mista sit
vel orta. Neque enim si ex panis & vi-
no fiat sanguis, hic in panem & vinum
resolui poterit. Sic nec metallum in
id, ex quo proximè mistum fuit. Nam
etsi dixerimus, metalla in argentum
vium resolui, non propterea concedi-
mus, ex argento viuo in minetis ter-
ræ ipsa proximè concreuisse, sed ex al-
lia materia proxima soli naturæ co-

Res verè
& perfectè
mistam
non ite-
rum re-
solvitur
in id, ex
quo pro-
ximè est
mista.

An me-
talla ex
argento
viuo in
mineris
concre-
uerint.

K ij

gnita. Fatemur enim generationes
 nusquam reflecti, & prorsum ire sem-
 per, dum tandem extrema dissolutio-
 ne ad prima elementa, seu ad mate-
 riam primam vêtum sit. Hac quoque
 ratione dixerimus materiam proxi-
 mam metallis in mineris, non esse ma-
 teriam artis, sed argentum viû, quod
 ex metallis resolvitur, quod ab effi-
 ciente causa in argentum vel aurum
 statim vertitur.

Materia
 proxima
 metallis
 in mine-
 ris non
 est mate-
 ria artis.

Alia cau-
 sa efficiens
 metalla
 in mine-
 ris, alia
 apud ar-
 tem est.

Nihil etiam respondebo his, quæ
 contra Chemicorum opinionem de
 causa efficiente metalla in mineris ter-
 ræ scripsisti. Hæc enim differt ab ea,
 quæ materiam nostram proximâ mo-
 uet, & perficit extra locum minera-
 rum. Hactenus Erasme, obiter allata à
 te sunt superiora argumenta aduersus
 Argyropœciam & Chrysopœciam, cum
 de materia & causa efficiente, quæ &
 qualis vtraque esset in mineris terræ
 disputasti. Quæ sequuntur argumenta
 tua aduersus eandem artem oppugnâ-
 dam directè & aperto Marte tendunt:
 ea igitur ad syllogismi formam redu-
 cenda

ARGYR. ET CHRYSOP. 149
tenda sunt, vt quid verum, quid falsum sit iudicari possit.

Vndecimum Argumentum.

Si lapis Philosophicus vim & facultatem habet transmutandi metalla vel argentum viuum in argentum vel aurum, certa debet esse eadem materia & certa præparationis & agendi methodus. Alioqui vana & futilia sunt, quæ de eo enunciantur.

Atqui de eo scripsere, nec de materia, nec de modo præparationis, aut agendi methodo inter se conueniunt, imò de nulla alia re magis sunt dissidentes E.

Vana & futilia sunt, quæcumque de eo enunciantur: hinc sequitur, vanam esse Argyropœciam & Chrysopœciam: quippe ignorata materia & causa efficiente, ex qua & à qua lapis Philosophicus conflatur, nihil agitur. Omnium enim operum sunt fundamenta materia & causa efficiens.

Materia
& causa
efficiens
sunt fun-
damenta
omnium
operum.

Responsio.

Validissimum est hoc argumentum

K iij

Varia
Chemi-
corum
opinio-
nes de
materia
lapidis.

quòdque pressius vrgeretur, præ-
fertim cùm de materia agitur, ex qua
femen argentificum aut aurificum pro-
licitur. Non enim omnis materia om-
nes obtinet facultates & vires, sed sua
est cuique propria, & vnica & simplex
est veritatis cognitio, & reuera variæ
sunt de materia opiniones apud Che-
micos. Nam & Heber in sua summa
perfectionis, medicinam quæ coagu-
lat argentum viuum vulgare, ex so-
lis corporibus metallicis prolici posse
profitetur, vel ex iisdem cum suo sul-
phure, vel arsenico præparatis, vel ex
solo eodem argento viuo. Ex tanto o-
pinionum diuersarum cõflictu artem
arguendi occasionem aliquam habui-
sti, Erasme, & idem pronunciandi, quod
Dauus Pamphilum alloquitur apud
Terentium, Quæ res in se, nec consi-
lium nec modum habet vllum, eam si-
tu ratione certa postules regere, nihili
plus agas, quàm si des operam, vt cum
ratione insanias.

Quod ad agendi modum attinet,
non aded me mouet modò de mate-

ria

ria aut subiecto constiterit. Plures enim sunt viæ ad vnum eundemque effectum conspirantes.

Plures
viæ pro
gignen-
di lapi-
dis.

Vtrique tamen obiectioni responderi potest, materiam argento aut auro producendo proximam, eamque indefinitam scilicet argentum viuum, aut vulgare, aut quod corporibus metallicis reliquis inest, sola concoctione egere, vt definiatur & perficiatur: huius autem causam efficientem esse calorem externum adiuuantem qualitates materiæ proximæ insitas. Quod si materiæ, quam quisque sibi elegerit, ad progignendum quem appellant lapidem, vires & facultates igneas accersere aliqua methodo nouerit, & experientia comprobauerit, iisdem facultatibus materiam nostram proximam concoquere & perficere: nihil est quod à subiecti varietate quisquā deterreatur. Eò enim tendunt omnia, & tandem in vnum redeunt eundemque effectum pariunt. Nam siue pul-
lus ab ouo calore gallinæ fouente edatur, siue alio calore simili, nihil refert.

Calor
externus
est causa
efficiens
externa
adiuans.

Varietas
materiæ
non ob-
stat.

Argentū
potest in
aurum
mutari
sine se-
mine au-
rifico.

Quid si etiam sine aurifico semine argentum in aurum mutari posse dixerō, & cuius in superioribus patefeci experimētum? Huiusce enim effectus causa est vis ignea aquarum acrium, & aliæ causæ, quas retulimus. Quod si opinionum diuersitas, & plerunque ex diametro contrarietas sit argumentum sufficiens ad damnandam artem, quid magis contrarium, quàm Physicorum, Medicorum & Iureconsultorum in scholis pugnantes opiniones in plerisque, de quibus est disputatio? Nōne in Iureconsultorum nostrorū Pandectis alium alius opinionem cōdemnare sæpè solet, suam autem tueri? Nōne in forensibus iudiciis & iudicis & consiliarios in diuersas trahi sententias quotidie experimur, in iis præsertim quæstionibus, quæ in iure consistunt? Sed & ex Medicis, qui in consilium adhibentur, vt morbis ægrotantium consulant, & remedium afferant, rarò videas plures, qui in vnam eandemque cant sententiam?

Quippe

Quippe omnia hæc probabilitatem
 tantum habent, non demonstrationē. Probabi-
litas non
demon-
stratio in
medica
scientia.
 At quodnam subiectum semini argen-
 rifico aut aurifico producendo sibi
 quisque elegerit, aut inutile aut utile
 aut utilius fuerit, experientia demon-
 strabit. Nec ita metuendum erit, si ali-
 ter successerit, quàm sperabatur, uti
 contremescendum est in exhibitione
 medicamentorum, quæ plerunque ho-
 minem capiunt & conficiunt. Neque
 tamen propterea medicina contem-
 nenda aut condemnanda erit: sic nec
 Argyropœcia aut Chrysopœcia, si, quæ
 materia Argyrogoniæ aut Chrysogo-
 niæ concipiendæ & demum parturi-
 dæ sumenda erit, quæve methodo ag-
 di opus fuerit, obscurum sit. Expertis
 quidem ad easdem inuestigandas, nul-
 la alia opus est arte, quàm experientia.
 Sed quoniam qui experti sunt, aut scri-
 ptis patefacere detrectant, & iure
 quidem aut illis fides non adhibetur,
 nisi coram demonstrent, quod minùs
 etiam ferendum est, ad naturâ eiùsque
 opera inquirentes relegarunt. Nâ etsi

Experi-
tia.

Natura
materiã
protulit
& metho-
dum agẽ-
di demõ-
stra:

Materia
lapidis
quæ.

ipsa natura Argyrogoniam aut Chry-
sogoniam ex se sola non produxerit, ta-
men ex similitudine aliorum corporũ
naturalium, quæ arte ministra natura
in lucem edidit, viã demonstrant, qua
illæ in lucem proferri possint, & mate-
riam protulit, & methodum agẽdi de-
monstrauit, & solam manum Artificis
exposcit. Nullũ verius aut vtilius, quã
à natura petendum, capiendũ, aut spe-
randum est cõsiliũ. Ex illius oraculo
in ambiguis & ancipitibus responsa ve-
rissima referũtur. Hinc videas omnes,
qui hanc artem norunt, ad eandem na-
turã eiusdẽmque opera Argyrogoniæ
aut Chrysogoniæ producendæ studio-
sos demittere. Illorum igitur tantũ
opinionem subscribo, qui naturam imi-
tantes aurum & suum argentum viuũ
pro materia aut subiecto seminis argẽ-
tifici aut aurifici assumunt, soluunt &
concoquunt, dum in lapidem durum
coiẽrit, & tandem in calcem aut pul-
uerem rubrum prodierit. Ad reliqua
argumenta dissoluenda progredien-
dum est.

Duo-

Opinatur Eraſtus, & rectè quidem, ſi quid in tota re inſit veri videri illos propius ad veritatem acceſſiſſe, qui lapidem Philoſophorum ex auro concinnare ſtuduerunt. Ex auro autem produci non poſſe, hoc vtitur argumento.

Vt ex auro fiat lapis Philoſophicus, aurum perfectius reddi oportet, quàm ſit in natura auri propria.

Atqui perfectius reddi non poteſt. Ex auro procreari non poterit, Ergo minus ex alia materia, Ergo vani ſunt & irriti omnes chemicorum conatus.

Prior propoſitio probatione non eget, cum manifeſta ſit ſenſibus, nec videamus aurum in natura ſua cæteris metallis aut argento viuo miſtum miſtionem illorum perficere & in aurum mutare. Aſſumptionem autem auctoritate Braceſci & Rogerij Bacchonis probas, Eraſte, & ratione & experientia confirmas, quæ demonſtrat auri miſtionem adeo ſolidam & perfectam, vt igne diſſolui & corrumpi

non possit.

Responsio ad Duodecimum Argumentum.

Bracescus & Rogerius Baccho nec

Bracesci
& Roge-
rij Bac-
chonis o-
pinio. non ceteri huiusce farinæ ænigmati-
cè, tropicè, & nullo ordine artem tra-
diderunt, nec auro nomen materiæ
lapidis Philosophici dederunt, sed po-
tius causæ efficientis & informantis

Aurum
vt causa
efficiens,
sui arg.
vium vt
materia. materiam informem, rudem & imper-
fectam, & ex amborum mixtione lapi-
di ortum dedere. Sed quoniam mate-
ria superat quantitate vt menstruum
in foetu, aurum verò viribus vt semen
& causa efficiens, noluerunt aurum la-
pidis esse materiam. Quamuis reuera

Aurum
igne solo
corrum-
pi nō po-
test. & aurum & suum argentum viuum sit
eiusdem lapidis materia scientibus, &
intelligentibus, & alterum sine altero
sit inutile, illud enim agens, vt mas,
hoc vt patiens, vt foemina. Quod au-
tem aurum perfectius igne reddi non
possit, aut dissolui & in partes distrahi
nequeat, concedo in natura propria &
metallica solo calore igneo. Videtur
enim aurum ad extremum perfectæ
mixtionis

missionis omnium metallorum gra-
 dum à natura peruenisse. Verùm a-
 quis quibusdam dissolui & in partes
 distrahi potest, & facilè quidem, his
 qui sæpe experti sunt. Distillatur enim
 aqua ex sale communi, quæ lento igne
 adhibito dissoluit solam auri tinctu-
 ram. Tingitur enim aqua calore citri-
 no, cum prius esset alba vt aqua putei
 aut fontis. Et exhausta omni tinctura
 subsidet corpus auri album, quod in
 corpus igne agente reductum conspi-
 citur argentum. Tinctura autem auri
 nusquam in posterum in corpus me-
 tallicum reditura est, sed quod tenuis-
 simæ sit essentia & in vaporem distil-
 latione quibusdam adiectis feratur
 sursum, & destilletur in liquorem, cor-
 pus spirituale, aut spiritum corpo-
 reum appellauerunt. Hæc tinctura ab
 acrimonia, quam ab aqua solvente ac-
 cepit, vindicanda est, & deinde mul-
 tis & admirandis vsibus & effectibus
 inseruit. Sed quoniam hæc ignoras, Vfus rin-
 Erasme, nec oculis conspexisti, fidem auri au-
 non adhibebis, nec tibi similes. Quod ri.

Aqua sa-
 lis com-
 munis
 dissoluit
 tincturā
 auri solā
 ab auro.

Taula-
danus.

autem hisce oculis vidi & manibus
palpauī, quódque etiam ab Adolef-
cente ignaro, me iubente, confectum
est, maiorem facit fidem, quàm tua
tuorúmque tibi similium ignoratio,
nihilque ignorandi falsa & inanis tua
præsumptio. Cùm autem apud Tau-
ladanum aduersus Bracescum dispu-
tantem legisses, aurum in natura solo
igne mutari non posse, sed aliis additis
in partes distrahi posse. Sequenti ar-
gumento & dilemmate vteris, vt pro-
bes ex auro, siue naturam metalli-
cam retineat, siue eandem exuerit,
nihil ad lapidem Philosophicum per-
tinere.

Decimum tertium argumentum.

Aurum, quod pro lapidis materia
vsurpant Chemicī, aut solutum in li-
quorem & spiritum, substantiam & vi-
res auri mutat, aut subliquoris & for-
mæ permanet aurum.

Si illud primum metallum non cre-
abit, quod metalli genus excesserit,
si posterius, cùm non sit, nec perfe-
ctius in natura sua reddi possit, nec
exube-

exuberantem obtineat perfectionem, eam cæteris metallis non communica-
bit, nec perficiet ea E.

Quouis modo aurum pro materia lapidis vsurpetur aut præparetur, metalla reliqua vel argentum viuum non mutabit in aurum. Ergo frustra ex auro lapidem Philosophicum Chemicum conficere tentant.

Responsio.

Respondeo, siue aurum naturam metallicam retinuerit, modò sit alteratum, siue eandem exuerit, perficere posse materiam nostram eidem proximam, id est argentum viuum. In calcem enim reductum aurum naturam metallicam non exuit, non secus ac lapis in calcem reductus lapideam formam seruauit, quamuis de natura metallica in auro calcinato illæsa verius dici possit, quàm de lapideâ natura in lapide calcinato: huic enim multum, illi nihil in calcinatione de pondere deperit. Sed in vtroque vis ignea calcinatione accersitur. Cum i-

Aurum
alteratū
potest
Mercurium in
Solē mutare.

Calx auri alteratur, fitque calx illa auri admiscetur certa proportionem argento viuo à corporibus metallicis, præsertim ab argento arte prælicito, & certis ignis gradibus vtrunque mistum concoquitur, fit pugna contrariarum qualitatum in communi materia. Calcis enim aureæ qualitates calidæ siccæ sunt, argenti viui metallorum, frigidæ humidæ: hinc fit temperamentum & noua mixtio & ex hac auri forma succedit. Dixi autem aurum alteratum hanc vim & facultatem obtinere. Nam si sine alteratione eadem in illo qualitates persisterent, cum ipsæ sint formæ instrumenta, per quas ipsa agit, nulla actio futura esset, nec noua mixtio.

Mercurius vulgaris & metallicus differunt inter se. Dixi autem de argento viuo à metallis prælicito, quod vulgare ob nimiam frigiditatem & humiditatem nimium concoctioni esset contumax, nec ab auro solum alterato coerceri posset, nisi vnitum idem argentum viuum vulgare & aurum simul distillarentur,

vt supra dictum est in methodo.

Cum natura metallicam exuerit. præstantioribus viribus est prædictum.

Quod si, vt altera dilemmatis pars assumatur, aurum metallicam naturam exuerit, non minoribus instructum erit finibus, imò longè efficacioribus & præstantioribus, quæ solutione à suo argento viuo eorumque diuturna & longa coctione, vtriusque quæ suæ sunt, vt fit in argentifico & aurifico semine, quod in metallum reduci non potest, sed illius mistione cum argento viuo communi aut eo, quod metallis est infitum, fit vera noua mistio, & hinc emergit corpus nouæ formæ, quod nec puluis aurificus est, nec argentum viuum, aut metallum quod erat prius, sed aurum, vt sæpius dixi, & repetere cogor in retam seriem tantique ponderis. Sed in his, Erasme, quæ ignoras, iudicas tanquam cæcus de coloribus, & nescis quod nam sit illud argentum viuum, quod soluit aurum, neque coctionis modum, nec qua ratione puluis ille aurificus transmutationis huiusce sit causa. Inualidum est igitur argumentum & dilemma tuum.

Erasmus ignorat auri solutionem.

R

Decimum quartum Argumentum.

xiv.

Lapis philosophicus necessario constat in materia, quæ ipso auro perfectius cocta sit.

Atqui aurum perfectius concoqui non potest, nec est aliquod metallum æquè illo perfectum. Ergo,

Vanus est omnis Chemicorum labor.

Responsio.

Eraſtus
ignorat
conco-
ctionē.

Falsa est assumptio tua, Eraſte, sed quoniam concoctio hæc post veram solutionem propria est huic arti, quam ignoras, impossibilis tibi videtur. Sed ignoratio tua veritati, quæ autoritate præstantissimorum virorum, ratione, experimento & demonstratione nititur, nihil adiecit nec detrahit.

Decimum quintum Argumentum.

xv.

Formæ ex materiæ sinu producuntur ab efficiente causa insita eidem materiæ, non aliunde inuolant.

Atqui Chemicæ dicunt, formam in aliena

aliena materia fundatam esse, verè à materia perficienda separatam, & per profectionem formam infundi materia informanda. Quod falsum est. Ergo Lapis illorum Philosophicus à materia perficienda separatus formam materia perficiende non infundet.

Responsio.

Magna est controversia inter peritiores, an forma rerum de materia sit, an ab efficiente causa infra non aliunde apponente in materiam migrent. Fernellius Ambianensis ille Medicus, Medicorum & Philosophorum huius seculi facile princeps, toto prior edibro de abditis rerum causis, nihil aliud disputat sub persona Eudoxi adversus Brutum. Et tandem concludit, ne minimum quidem forma fuisse, antequam in eam migraret, sed perfecta & consummata preparatione statim formam in illam materiam coactam immigrare multisque rationibus & ex autoritate Aristoteles confirmat, non solum in anima hominis, quæ

An forma ex materia sive, vel externe in materiam migrentur.

Formas coactas in materiam immigrare.

& ex autoritate Aristotelis confirmat, non solum in anima hominis, quam per se subsistere extra corpus, & externè in corpus hominis migrare, & post exitum à corpore suo rursus per se subsistere certissimum est, & nemo anthigit, sed etiam in animalibus plantis & inanimis corporibus. Tu verò contrà sentis in omnibus his, excepta hominis anima. Sed iurâ, an

Et meli, antea, Erasme, sententia in hac quaestione venior sit, non est disputandi locus. Concedamus tuam prævalere & pullorem huiusce argumenti cui propositionem veram esse. Nō idcirco assumptio eiusdem argumenti vera erit quippe quod ex hypothese falsa sumata sit, cum ais Chemicos profiti formam auri separatam esse in aliena materia & infundi in materiam informandam. Quod si quidam ex iis ita sentiant, iis adherere nō possum: sed sic se res habet.

Lapis
philosophicus
non est
forma
auri.

Lapis philosophicus; quē turita ap-
pellas, non est forma auri, sed longè
nobilior, etiam & facultas aurif-
ficum

ficam non exuerit. Nec enim solum
 per necesse est id, quod informat, formam
 actu habere eandem, qualis ha-
 biturum est corpus informandum. Nam
 quae ex putrefactione oriuntur anima-
 lia solum calorem habent opificem.
 Materia etiam nostra proxima non est
 forma auri. Sed tam lapis philosophi-
 cus quam materia proxima sua forma
 constat ex eodem tamen fonte pro-
 manarunt, & similitudine totius sub-
 stantiae sese referunt. Qualitatibus ta-
 men pugnant contrariis, ille calidus,
 siccus, igneus, concoctus: haec fri-
 gida, humida, aquea, cruda, & in-
 definita. In amborum mistione ex-
 terno calore agente fit pugna harum
 contrariarum qualitarum in commu-
 ni materia, & utriusque priores forme
 abolentur & noua & aurea eaque y-
 nica forma succedit in misto ex am-
 bobus corpore. Ex pugna enim harum
 contrariarum qualitarum fit temper-
 ramentum formae aureae conueniens,
 si a quibus viribus contrauerint qualita-
 tes: alioqui si lapidis aut pulueris au-

Ex qua-
 litatibus
 contrariis
 pugnan-
 tibus in
 comuni
 materia
 vera fit
 mistio
 nem.

Viros &
faculta-
tes pul-
ueris au-
rifici ex-
perien-
tia do-
cet.

aurifici qualitates & vires nimium exurperantes essent, non fieret vera mistio (in qua necesse est aliam qualitatem non excedere aliam, sed totum ad temperamentum reduci) sed fieret interitus argenti viui. Abiret. nam naturam lapidis cuius tamen vires infringentur. Quanta autem fuerint vires & facultates pulueris aurifici, certo sciri non poterit, nisi experientia. Proiectus enim nimia quantitate in argentum vitium, ipse sum in puluerem aurificum etiam mutabit, viribus tamen diminutum, dum tandem pulvis postremus non in puluerem, sed in corpus ductile mutauerit argentum vitium. Tunc enim æqualis erit vtriusque victoria, ex qua noua auri forma progredietur. Natura autem in mistis corporibus, quæ sua sponte edidit, ita se rem habere nos edocet. Ex mitione enim terræ & aquæ concurrentibus aliorum elementorum viribus fit lapis, fit & metallum, sed diuersa proportionis lege. In hac mitione formæ quæ actu elementis prius inerant, potestate tantum insunt lapidi & metallo, no-

lo, nouaque & vnica lapidis aut metalli forma ex eorundem mitione exsurgit. Idem & in iis accidit, quæ distillantur vi ignis, si qualitatibus contrariis æqualiter pugnent, & verè miscantur. Exinanitis enim prioribus formis eorum quæ miscantur, vnica indistillata aqua prodit. Sic non aliunde aut externè, vt falsò putas dici à Chemicis, forma infunditur argento viuo seu materiæ proximæ, sed à propriis viribus eidem argento viuo & pulueri aurifico insitis.

Formæ pulueris aurifici & proximæ materiæ à propriis viribus infunduntur.

Decimum sextum Argumentum.

Quod verè transformat, formam materiæ informandæ tribuit. Atqui lapis Philosophicus fusus cum metallis non aliter dat illis formam, quàm aqua absinthij infusa vitro, quæ formam absinthij non tribuit vino, sed odorem & saporem. Ergo,

Lapis Philosophicus mistus & fusus cum metallis formam auream illis non impertit.

L. iiii

xxx

Responsio.

- Assumptio ex hypothesi falsa deri-
uata est, neque id artis periti dicunt,
neque verum est, formam non aliter
tribui metallis à lapide, quàm vino ab
aqua absinthij. Sed ex mixtione lapidis
cum argento viuo vulgari aut metal-
lorum in qualitatibus contrariarum æ-
quabiliter in communi materia pu-
gnantium formam unicam impartiri,
ut in superioribus dictum est.

*Decimum septimum Argu-
mentum.*

2711.

Formæ rerum non agunt nisi in
propriam materiam subiectam, in a-
lienam minimè agunt, quod non ita
dici debet de qualitatibus primis, quæ
assiduè mutant vniuersas substan-
tias.

Atqui lapidis materia alia est à me-
tallorum materia. Ergo,

Lapis ager tantùm in suam mate-
riam, non item in reliquorum metal-
lorum materiam. Ergò ea non trans-
formabit.

Respon-

Responsio.

Respondeo formas rerum per se solas non agere in alienam materiam, seu accita vi primarum qualitatū. Anima enim non agit in alimentū, neq. spūm facit, nisi per calorem naturalem insitum, vt etiam hoc argumento fateris. Propositio ergo tua, Erasce, vera non est indistincte, sed si formæ ex se solæ animaduertantur. Forma igitur lapidis Philosophi sola non agit in metalla aut argentum viuum, sed vi contrariarum & ignearum qualitatū.

Formæ rerum non agūt in materiam alienam per se solæ.

Non autem agit vt anima in alimentum per corruptionem & generationem, sed per mitionem vtriusque, in qua non fit accidentium priorum omnium resolutio ad primam materiā, vt in ortu & interitu, sed prioribus tantum formis abiectis, consurgit forma aurea noua, si paribus viribus pugauerint dualitates vtriusque, lapidis scilicet & metalli cuiuscunque aut argenti viui. Nec tibi concedimus, Erasce, propositionē tuam indistincte. Quod enim ab eodem fonte lapis Philoso-

Forma lapidis non agit per corruptionem sed per mitionem.

phicus & argentum viuum & metalla proximè fluxerunt, non est aliena materia, sed fuit eiusdem generis & quodammodo communis, sed quatenus formas obtinent diuersas, alia est eorum materia.

Decimum octauum Argumentum.

xviii. Sola viuientia informare possunt materiam, in qua agunt.

Atqui lapis Philosophicus caret anima. Ergo,

Informare non poterit argentum viuum vulgare, vel quod metallis inest.

Responsio.

Lapides
& metalla
la formam
non ab ani-
ma ali-
qua acci-
piunt

Falsa est propositio. Lapidem enim & metalla ex Elementis proximè orta formam habent, qua constant, nec aliqua anima formam illis impertit, sed sola quantitatum propriarum vi externo calore & frigore adiuuantibus, concreuere. Sed & vitrum formam habet naturalem substantialem, qua constat, nec illi ars eandem formam tribuit,

tribuit, sed subiecit materiam igni, quia à naturalium causarum efficien-
tium numero abigendus aut distra-
hendus non est, & miscuit materiam,
ex qua vitrum est formatum. Sic vires
aurificæ in lapide Philosophico acci-
tis qualitatibus eiusdem igneis, exter-
no calore iuvante, formam auream
metallis & argento viuo impertiunt,
etiamsi lapis vita aut anima careat.

Vitrum
formam
suam nō
ab arte
accepit.

Lapis
Philoso-
phorum
carce vi-
ta & ani-
ma.

Non enim iis subscribere possum, qui
metalla aut semen nostrum aurificum
aut argentificum seu lapidem Philo-
sophorum, vivere dixerunt, quod for-
sitā metaphoricè intellexerunt, ob
virium & qualitarum ignearum ex-
cellentiam.

*Decimum nonum Argu-
mentum.*

Omne agens naturale assimilāt sibi
passum in substantia aut qualitatē. La-
pis igitur Philosophicus agens in reli-
liqua metalla, aut argentum viuum,

xv.

assimilabit sibi illa in substantia aut qualitate. Ergo,

Lapis philosophicus agendo in illa non ex iisdem efficit argentum aut aurum, qui est finis Argyroptæ & Chrysopææ, sed efficit lapidem, qui non est ex genere corporis metallici: aut qualitatem & alterationem tantum inducet, non formam nouam.

Responsio.

Facile est ex iis, quæ dicta sunt superiorius, propositioni respondere: nō enim per generationem aut corruptionem lapis Philosophicus mutat metalla aut argentum viuum, sed per simplicem resolutionem & mitionem, inter quas hoc interest. Quod in illis id, quod agit & vincit, trāsformat in sese id, in quod agit, & hoc corrumpitur cum resolutione omnium accidentium, vt ignis agens in lignum corrumpit ipsum, & quod illius imperio subiicitur, in sese conuertit. At in his dissolutione & mitione, qui miscentur non pereunt, sed permanent, pereuntibus formis prioribus, & vnica noua forma succedit.

Etsi

Lapis
philosoph. nō
agit per
generationem
aut corruptionem.
Differen-
tia gene-
rationis
& corrup-
tionis,
ac dissolu-
tionis
& mi-
stionis
simplici-
s.

Et si quid perit, ut in mutatione metallorum non est ex materia argenti viui, sed ab igne externo vincitur & corrumpitur, & in faciem cinerem & vitrum transiit. Sic lapis Philosophorum agens in metalla & argentum viuum, illa non corrumpit, neque in se se transformatur, nec suam illis formam impertit, sed ex mixture eorundem cum illo, succedit alia forma, scilicet argenti vel auri, si qualitates igneae lapidis Philosophici & qualitates frigidae & humidae argenti viui vulgaris vel metallorum contrarie equabiliter pugnent. Hoc enim proprium esse dixi vere mixture, ut ex duobus diuersarum formarum mistis corporibus, resultet tertium corpus nouae formae. Sane si vires eiusdem lapidis seu seminis aurifici in pauciora argenti viui quantitatem agerent, quam huius vires viribus illius resisterent, hoc in naturam illius transiret, sed mistum minoris efficaciae fieret, ut in responsione ad decimum quintum argumentum dixi, & superuacua esset repetitio.

Lapis philosophi-
 non cor-
 rumpit
 metalla
 sed per
 mixture-
 nem nouam for-
 mam ex-
 citat in
 illis.

312

Mixtio-
 nis verae
 proprie-
 tas.

Quod autem de alteratione dictum est, sic intelligendum est, ut nisi lapis aurificus aut metalla aut argentum viuum contrariis pugnantibus qualitatibus primis non fieret mistio, sed alteratio tantum quædam secundum posteriores qualitates, ut duriciei & molliciei. Sed omnis Argyropoeta & Chrysopoeta eo tendit, ut illæsa vi aurifica aut argentifica in semine qualitates igneas intenduntur, & quò efficaciores fuerint, tantò numerosior & locupletior succedit effectus.

Omnis conatus artis est qualitates igneas seminis aurifici intendere.

xx

Vicesimum Argumentum.

Impium est credere, Artem aliquid præstantius efficere posse, quam Deus & natura efficiunt.

Atqui Chemici dicunt, lapidem se efficere posse, qui sit auro præstantior perfectior & efficacior. Ergo.

Impium est credere Chemicos præstare posse, quæ dicunt, per lapidem philosophicum.

Responsio.

Calumniosum est proponere Chemicos aut conari aut velle, aut posse præstantius aliquid efficere, quàm Deus & natura efficiant: Agnoscunt enim Deum ut causam primam & vniuersalem, rerum omnium autorem & opificem omnipotentem. Qui cum velit quicquàm miraculosè efficere, sine eausarum naturalium interuētū id efficit: cum verò naturaliter, concurrat cum iisdem causis naturalibus, quibus iussit, ut cum certis legibus & proportionem coierūt prima rerum omnium primordia, scilicet quatuor Elementa, corpus aliquod naturale materia & forma cōstitās in lucem prodiret, ut & tū alio loco loquens de missione fateris, Erasme.

Faremur igitur, Chemicos, nihil prorsus efficere posse, sed omnes omnium rerum effectus ad Deum & causas naturales referendos esse, à quibus accepti sunt. Chemicos autem subiicere posse materiam naturæ ut ipsa agat, negari non potest.

Artem non agere, sed Deum & causas vniuersales, arte autē subiicere materiam.

Agricola cum terram colit, cum semina iacit in eandem non agit, sed est minister naturæ. Qui ignem lignis, carbonibus, oleo aut inflammabilibus subiicit, non exurit, sed ignis. Vitrum quod ex cineribus & arena fit, vitarius non efficit, sed ignis, cui subiicit materiam. Interim tamen hi omnes efficere dicuntur, non velut causæ principes, sed impellentes & adiuuantes. Sic lapidem Philosophicum aut aurum non efficiunt Chemici, sed ministrant causis naturalibus materiam, ut agant in illam. Quod autem ab iisdem causis naturalibus subiiciente arte aliquod perfectius produci potest à causis naturalibus arte iuvante. quod perfectius mistum produci possit, quàm quod natura sola sine arte efficit, in iis, quæ solam mistorum rationem & nomen obtinent, non est impium credere: vitrum enim perfectius est corpus mistum, quàm corpus aliquod naturale. Ignis enim, qui omnia corpora naturalia, auro excepto, corrumpit, exurit & dissolvit, ipsum nusquam potest corrumpere. Sic lapis longè auro est perfectior, idque duplici ex causa.

Mistum
aliquod
perfe-
ctius pro-
duci po-
test à cau-
sis natu-
ralibus
arte iu-
vante.

Cur &
quomo-
do lapis
auro est
perfe-
ctior.

ex causa. Prior est, quod si mitionis
 inuincibilis, & indissolubilis ratio ha-
 beat, solutione & coctione diutur-
 natam firmam, solidam & unitam mi-
 tionem sibi comparauit: vt nullū im-
 posterum imperium ignis in illum ha-
 biturus sit, quantumuis diuturnus, &
 violentus. Altera, quod si qualitates
 primæ, quibus Philosophi vires om-
 nes tribuerunt, spectentur, igneas sibi
 eadem solutione & concoctione com-
 parauit, quibus aurum & vitrum de-
 stituta sunt, quamuis alioqui perfectis-
 simè mista sint. Hinc aurum non agit
 in reliqua metalla, vt lapis Philoso-
 phicus. Cur autem lapis Philosophi-
 cus perfectiori & nobiliori forma con-
 stet, quàm aurum, iam dixi superius.
 In vniuersum enim quæcunque cor-
 pora naturalia iam mista, rursus mi-
 scentur, perfectiora sunt. Pullus est o-
 uo nobilior, & animal semine, ex qui-
 bus ortum habuerunt. Sic lapis aurifi-
 cus nobilior auro & suo argento vivo,
 ex quibus proximè habet ortum. Quod
 etiam dicunt, aurum ex argento vivo,

Corpora
 natura-
 lia mista
 si rursus
 miscen-
 tur, per-
 fectiora
 sunt.

in pulueris aurifici formatum perfectius esse auro naturali, nec id etiam est impossibile. Argentum enim vivum omnis substantiæ inflammabilis est expers, à qua forsitan materia ex qua aurum in visceribus terræ concretum est, non est omnino purgatum.

Vicesimum primum Argumentum.

xxi. Formarum immissio in materiam est creatio.

At creatio solius Dei est omnipotentis, Ergo

Chemici formam auri in materiam immittere non possunt.

Responsio.

Huic argumento idem quod superioribus respondendum est, Chemicos scilicet formam rebus impertire nec velle nec posse: In plantis enim & animalibus vim formatricem seminibus insitam vident; in mistis verò tantum corporibus iussu & voluntatem Dei vim efficientem esse agnoscunt,

scunt, quoties elementa certa lege & proportionem coierint. Coeunt autem, cum subiicit ars materiam, quam vires & qualitates eidem insitæ, calore externo iuuante, subigunt & miscent, & hinc forma in materiam profilit.

Vicesimum secundum Argumentum.

Quod natura in vnoquoque genere perfectissimum efficit, nec perfectius efficere potuit, aut noluit, ars efficere non poterit. At natura in genere metallorum aurum effecit perfectissimum, nec perfectius efficere aut potuit aut noluit. Ergo

xxii.

Ars aurum perfectius efficere non poterit. Ergo nec ex eo lapidem philosophicum, quem auro perfectiorem esse oportet.

Responsio.

Respondeo, ut ad vicesimum argumentum, in mistis tantum corporibus mixturem arte ministra & subiciente materiam causis naturalibus, perfectiorem fieri posse quam in mistis & sola natura.

M ij

Vicesimum tertium Argumentum.

XXIII. Quod natura non tentat, nec potest efficere, ars etiam minimè præstare potest.

At natura neque tentat, neque potest speciem vnam vnius generis proximi, permutare in speciem aliam nobiliorem eiusdem generis, proximi. Ergo,

Nec ars poterit etiam idè præstare.

Responsio.

In ortu plantarū & animalium fieri corruptionem prioris materiæ, & resolutionem omnium accidentium, Idcirco speciem vnius generis proximi in speciem eiusdem generis nobiliorem aut ignobiliorem transmutari non posse, veluti canem mortuū non transmutari in capram aut aliud animal, vel plantam vnius speciei in plantam alterius speciei sub eodem genere plantæ (quamvis triticum in lolium & e contra hoc in illud quidam mutari dixerint) sed fieri resolutionem acciden-

accidentium vsque ad prima elementa, nisi ex eadem materia post multas mutationes producaturs fement alterius speciei sub eodem genere.

In orta autem mistorum corporum simpliciter non fieri corruptionē materiæ, nec resolutionem omnium accidentium priorum sed dissolutionem quandam simplicem relictis accidentibus communibus priori, & posteriori speciei, & ubi ventum fuerit ad materiam proximam, eam perfici, nec dissolui nec corrumpi: idcirco nō esse necesse metalla, quę mista tantum sunt corpora, in speciem alterius generis quā metallici, cū ex his fit aurū, mutari. Hęc autem ex iis quę dicta sunt, manifestissima sunt, nec repetenda puto.

Quod autem natura in mineris metallis reliqua non mutet in aurum, etiā responsum est, in mistis tantum sola natura efficere non posse, quę eadē arte ministra efficit. Hęc autem omnia superiora & proxima tua argumen-

In ortu mistorū simpliciter nō fit corruptio.

Natura sola non potest efficere, quod eadē arte ministra efficit, idq. in mistis tantum.

M i ij

Eraſti er
ior.

ta, Eraſte, eodem fundamento nitun-
tur, quod iisdem legibus miſtionem
miſtorum & inanimorum corporum
metiri volueris, quibus ortum planta-
rum & animalium, quæ tamen lōgo in-
ter ſe interuallo diſtare in multis, ſatis,
vt opinor, ſupra demonſtratum eſt. At-
que hinc ſequitur aliud tuum Argu-
mentum.

xxiv.

*Argumentum viceſimum
quartum.*

Si aurum per multiplicationem ge-
nerat aliud aurum ex materia metallo-
rum, ceu grana tritici per multiplica-
tionem generant plura alia grana, eun-
dem modum & progreſſum temporis
obſeruare neceſſe erit in multiplica-
tione auri, qualem in multiplicatione
granorum tritici.

At idem motus aut progreſſus tem-
poris à Chemicis non obſeruatur, nam
per proiectionem lapidis aiunt multi-
plicationem hanc fieri inſtanti. Ergo,

Hæc auri multiplicatio fieri aut ſpe-
rari non poteſt.

Re-

Responsio.

Idem etiam respondendum huic argumento quod cæteris, scilicet anima esse legem mistionis simplicis in mistis corporibus, & aliam ortus & interitus in plantis & animalibus. Ex mistione enim lapidis philosophici vi aurifica illi insita, per qualitates igneas fit mistio perfecta in materia metallorū, & hinc aurum, seruatis legibus, quæ in mistione dictæ sunt: In plantis verò & animalibus fit multiplicatio vi seminis vnus cuiusque speciei. Libenter admittam lapidis Philosophici progignendi rationem à naturæ operibus exquirendam esse, neque ipsum, nisi progressu temporis certo & præfinito, produci posse. Et quoniam ille ortus est etiam per simplicem resolutionem & mistionem vires etiam illius in infinitum augeri posse, cum sit in potestate artis, subiicere quoties velit eundem lapidē naturæ, vt rursus eundē soluat & cōcoquat. Causa igitur multiplicationis granorū tritici eadem censenda est, quæ

Alia est
lex mi-
stionis, a
lia ortus
& interitus.

Lapidis
philosoph.
progignendi ratio à naturæ operibus exquirenda.

Vires lapidis in infinitū augeri possunt.

& auri. Est enim vis aucta vtrique, grano scilicet & auro, ex hoc scilicet cum progignitur lapis. At modus multiplicationis siue augmenti diuersus est. In illis enim non nisi statō temporis intervallo fit propagatio, in hoc per projectionem in instanti. Hæc tamen auri propagatio plerunque fit progressu temporis, vt in priori methodo supra diximus.

Vicesimum quantum Argumentum

xxv.

Vt ars metalla reliqua in argentum aut aurum transmutet, in materiam proximam reducenda sunt, eique eadem forma insculpenda, qualem natura insculpit.

At nusquam corpus aliquod aut natura sine arte mutetur in proximam materiam, nam corpus animalis non redit in sanguinem, nec sanguis in Chylum, nec chylus in alimenta, sed etsi ars posset retrorsum ire, formam, tamen vt natura, insculpere non posset. Ergo, Ars argentum aut aurum ex metal-

ARGYR. ET CHRYSOP. 185
metallis affirmare non potest.

Responsio.

Concedimus naturam aut artem nō
posse resolvere metalla aut aliud cor-
pus naturale in proximam materiam,
ex qua statim & nullo intermedio or-
tum subierint, neque id necesse est a-
pud artem. Probauimus enim solidissi-
mis rationibus & experimentis mate-
riam proximam, ex qua in visceribus
terræ natura sola gignit argentum aut
aurum, non esse eādem, quam ars sub-
iicit naturæ extra minerarum locum.
Sed materiam argento & auro proxi-
mam eāque etiam naturalem, scili-
cet argentum viuū tam vulgare, quam
quod potentia proxima inest reliquis
metallis, & ab illis eruitur, non per cor-
ruptionem, sed per simplicem resolu-
tionem, neque iisdem modis formam
argenti aut auri materię nostrę pro-
ximę induci, quibus natura in minoris
vititur. De his enim omnibus nihil cer-
tò adhuc constat inter authores, qui
metallorum historiam scripserē. Fru-

Alia ma-
teria &
causa effi-
ciens ar-
ti, alia so-
li naturæ
in auro
conficiē-
do neces-
saria.

Non cō-
stat de
causa ef-
ficiēte
materię
& modo,
quibus
natura a-
git.

stra igitur obiicitur, eandem materiam & causam efficientem, quales sunt in mineris, assumendas esse ab arte, si velit argentum aut aurum producere.

Vicesimum sextum Argumentum.

Chemici dicunt se facere aurum naturale iuuando materiam, non secus ac agricolæ triticum, aut medici sanitatem. Atqui Agricolæ & Medici nec materiam nec causam efficientem præstare, nec formam conferre, nec triticum gignere, nec sanitatem efficere possunt. Ergo,

Nec Chemici arte sua argentum aut aurum efficere poterunt.

Responsio.

Cum tantum iuuent materiam Agricolæ, Medici & Chemici, propriè & verè non efficiunt, sed eam tantum subiiciunt naturæ, cuius sunt ministri. Causæ autem naturales agunt & sunt principes causæ agentes & efficientes. Malè igitur ex propositione & assum-

ARS taci-
ta est na-
turæ mi-
nistra: na-
tura au-
tem effi-
ciat.

• assumptione obiicitur Chemicis, artem argentum aut aurum gignere non posse. Neque enim id se agere dicunt, nec possunt, sed solum naturam & naturales causas.

Vicesimum septimum Argumentum.

Natura ex sua propria materia aurū xxvii.
facit, & eadem à suis naturalibus causis efficientibus formam substantialem auream tribuit.

At ars & initium & finem facit, & omnia externè agit. Ergo, Ars substantialem formam & insitam dare non potest.

Responsio.

Respondendum idem quod superiori argumento, artem non efficere argentum aut aurum, sed naturam solum, cuius eadem ars est ministra, & per easdem causas naturales, non autem ex eadem materia & causa efficiente, quæ sunt in mineris.

Ars ministra naturæ agit per causas naturales.

Vicesimum octavum Argumentum.

In materia reliquorum metallo- xxviii.

rum, ut ex his fiat argentum vel aurum, vires argentificæ aut aurificæ insitæ esse debent.

At in materia metallorum reliquorum hæc vires non sunt insitæ. Ergo, Ex materia reliquorum metallorum argentum aut aurum nusquam fieri poterunt, nec natura nec arte.

Responsio.

Vires quædam in materia, quædam in causa efficiente. Mercurius est dispositus ad partem ab efficiente causa informetur. Vires bifariam æstimantur: Aliæ quæ in materia bene disposita insunt, Aliæ quæ in causa efficiente. Illæ sunt in argento viuo, tam vulgari, quam quod corporibus metallicis inest, potentia proxima, quod diximus esse materiam argento & auro proximam, quod inquam argentum viuum dispositum est ad patendum, & ut ab efficiente causa informetur. Efficientes autem argentificas aut aurificas & igneas fatemur non inesse argento viuo, sed pulveri seu semini argentifico aut aurifico, Ex cuius missione cum eodem argento viuo metallum aut vulgari, igne externo iuvante, aurum emergit, ut sæpe dictum est. Poterunt etiam

etiā quēdam in quibusdam supplere,
vicem & munus lapidis aut seminis
aurifici, vt de argento in aurum muta-
to diximus experientia comperisse.
Verū id quidem magno cum labo-
re, paucō fructu & fœnore, si cum se-
mine nostro argentifico aut aurifico
conferatur.

Quzda
etiā sine
lapide in
aurum
mutari
possunt.

*Vicesimum nonum Argu-
mentum.*

Formæ naturales rebus insitæ non
informant prius aliam materiam ex-
tra se, quā illam sibi propriam effe-
cerint. Atqui nec lapis Philosophicus
nec quidquam aliud potest materiam
reliquorum metallorum suā face-
re: id est, argento aut auro proximam.
Ergo,

Lapis Philosophicus non poterit
informare reliqua metalla in argētum
vel aurum.

Responsio.

Idem fere argumentum est, quod
decimum quintum. Itaque huc vt illi,
ne tædiosa sit repetitio, est responden-

dum. Sed quod in assumptione dicitur, lapidem philosophicum materiam reliquorum metallorum suam efficere non posse, id est, reducere ad materiam argento & auro proximam: concedendum quidem est, si de materia proxima, qualis in visceribus & mineris terræ, intelligatur, hoc enim est impossibile: Sed si de materia proxima a-

Lapis
philosophicus
& Mercurius
ex eadem origine
fluxerūt.
Quomodo lapis
philosophicus
transmutat
metalla in
aurum.

pud artem, id est, de argento viuo, falsa est assumptio. Lapis enim & argentum viuum ex eadem origine fluxerunt, & vtrumque igne est indissolubile: igitur propter similitudinem totius substantiæ vtriusque facile miscentur, & lapis aurificus retinet, concoquit, figit & tingit argentum viuum vi qualitatū ignearum, & cum vtrūque igni non cedat, nec corrumpatur, fit mistio stans & perseverans: interim ignis externus agit in materiam à natura argenti viui alienam, eamque exurit & excernit à substantia argenti viui. Sic mutatum apparet argentum viuum in aurum.

Tricesimum Argumentum.

Chemici asseueranter scribunt fieri non posse, vt argentum aut metallum conflet, quisquis non exploratè cognitum habet, ex quibus & quomodo natura metalla generat. xxx.

Atqui hæc omnia ipsi ignorāt. Ergò, Ex metallis aurum conficere non poterunt.

Responsio.

Falsum est Chemistas dicere, necessarium esse naturam metallorum, vti in visceribus terræ à sola natura concreuerunt, cognoscere: hoc enim cer-
rò sciri non potest, nec quæ fuerit materia illorum proxima, priusquam ortum subierint. Sed natura eorum inquirenda est, ex materia & forma eorundem, quæ & qualis est post eorum à natura ortum, & vti nunc ipsa conspicimus. Hoc autem ex perpeffione materię iudicatur, & in quibus ex eadem argentum à reliquis metallis differant. Perpeffiones autem hæ & differentię in examinibus propriis & igne oculis conspiciuntur.

Metallorum natura ex perpeffione materię eorundem indicatur.

Sic quæ perfectè aut imperfectè mista sunt, iudicio sensuum demonstrantur. Quibus perspectis statim inquit huiusce operis inuestigator, qui fieri possit, ut reliqua metalla eadem, quæ argentum & aurum examina subeant, Quod neutriquam præstari poterit, nisi cognita materia illis insita argento & auro proxima, & causa efficiente. Hæc igitur sunt, quæ apud artem necessaria sunt, quæque faciliè demonstrari possunt, cum iudicium sensus de illis fidem faciât: quod non idem de materia metallis proxima in mineris terræ dici potest.

Quæ sci-
tu sint
necessa-
ria apud
artem.

*Tricesimum primum Argu-
mentum.*

XXXI.

Quamvis Chemici scirent materiam proximam, & causam auri effectricem, tamen in alio loco, quam in mineris naturalibus aurum facere non possent.

Atqui nullum alium locum habent, quam fornaces. Ergo,

In illis argentum aut aurum efficere non possunt.

Responsio.

Responsio.

Falsa est propositio. Nam & aliis principiis incumbit ars, quàm iis quæ in mineris assumit natura: Et alio loco argentum & aurum efformanda esse, satis ex superioribus constat, nec alia refutatione opus est.

Tricesimum secundum Argumentum.

Chemici fatentur: Si natura in mineris naturalibus non transmutat, vi-
liora metalla in argentum & aurum,
Ars Chemica etiam ea non poterit transmutare.

Atqui natura nusquam transmutat ea in argentum aut aurum. Vnius cuiusque enim metalli materia est proxima quæ alterius metalli non potest esse materia. Ergo;

Ars etiam ea non transmutabit in aurum.

Responsio.

Propositio authorem habet Petrum

N

xxxii.

Petri Boni Ferrariensis opinio de causa aurum efficiente in minera.

Bonum Ferrariensem, Ait enim, causam efficientem in mineris metallorū esse sulphur, aut aliquid ex natura sulphuris nostri vulgaris: quod si ipsum natura coctione à materia metalli cuiuslibet secreuerit, fieri aurum, sin minus, imperfectum manere: Idcirco progressu temporis sulphur illud excerni in mineris, dum tandem metallum ab illo omnino purgatum aurum reperitur. Multa autem esse impedimenta in mineris terræ, quibus purgatio illa sistitur & cohibetur.

Impro-
batur o-
pinio Pe-
tri Boni.

Verum huic opinioni subscribere non possum: sed aliam materiam & causam efficientem arti necessariam, aliūque agendi modum adhibendū sentio, à quibus idem effectus sequatur, ut probauimus: Itaque siue in mineris terræ natura viliora metalla transmutauerit aut non transmutauerit in argentum aut aurum, malè sequitur, per alias causas naturales, quas diximus, arte iuuante eadem in argentum aut aurum mutari non posse.

Tricesi-

*Tricesimum tertium Argu-
mentum.*

Si species metallorum permutari ^{xxxiii}
non debeant in eandem generis pro-
ximi speciem, resolui ea necesse est in
materiam communem omnibus spe-
ciebus eiusdem generis.

At metalla validissimo frigore con-
creta in mineris, rursus in materiam
communem eiusdem generis resolui
non possunt. Ergo, In mineris magis
perfici non possunt.

Responsio.

Parum refert scire metalla in mine-
ris frigore concreta resoluantur nec-
ne in communem materiam. Respon-
sum est enim suprà proximo argu-
mento, artem idcirco oppugnari non
posse.

*Tricesimum quartum Ar-
gumentum.*

Vt species eiusdem generis proximi ^{xxxiiii}

N ij

transeat in alienam speciem eiusdem generis necesse est vt indiuiduum speciei prioris mutetur in indiuiduum speciei future.

Atqui hoc fieri non potest, Ergo,
Metalla, quæ certam habent speciem,
transmutari non possunt in aliam.

Responsio.

Verissima propositio, sed Assumptio falsa, saltem tibi, Erasme, impossibilis, qui ignorasti, nec expertus es viliora metalla in proximam argento aut auro materiã resolvere, nec nosti causam efficiẽtem, quosve effectus producat.

Tricesimum quintum Argumentum.

xxxv. Quæ in benè institutis Rebus pub. & Ecclesiasticis legibus prohibita sunt, sciri non oportet.

At Chemica ars in iisdem prohibita est, Ergo,

Non inquirenda.

Responsio.

Vera quidem propositio tua, Erasme, quæ ta-

quæ tamen non ita generaliter concedenda, quin exceptionem aliquam pati possit. Quod si æquè vera esset sua assumptio, obmutescerem. Sed vellem te nominasse auctores probatissimos huiusce propositionis. Quandoquidem eos ex officina tua prodiiisse putabo, cum palàm hodie & olim à principibus Germaniæ, & quam plurimis viris bonis hæc ars exerceatur. Sceleratis quidem & impostoribus quibus nulla alia cura est, quam fallendi, & fallendo diuitum nares emungendi, inhibendâ esse eandem artem, Reip. esse vtile existimaui. Interim minimè ferendum est, inquirendis naturæ arcanis piis & probis viris viam occludere, qui non opum, cum paucis contenti sat diuites sint, sed admirandorum Dei operum iusto desiderio ad eiusdem artis cognitionem allciuntur. At quod tu de Ecclesiasticis legibus dicis, reperio contrà in illis eiusdem artis mentionem aliquam fieri, Esdras propheta libro 4. cap. 48. Sic ait: Quomodo au-

Sceleratis & impostoribus inhibendam esse artē hanc.

Esdras li. 4. c. 8.

tem interrogabis terram, & dicet tibi. Quoniam dabit terram multam, vnde fiat fictile, paucum autem puluerem, vnde aurum fit. Nec omnino improbabile est, per paululum pulueris intelligi semē aurificū. Thomas autem Aquinas in 22. qu. 77. art. 2. sic ait: Si per halchemiam fieret aurum verum, non esset illicitum ipsum pro vero vendere: quia nihil prohibet, artem vti aliquibus causis naturalibus ad producendos naturales & veros effectus, sicut etiam Diuus Augustinus dicit libro de Ciuit. Dei. Sunt & alia testimonia plurima, sed cū nulla citas in contrarium, hæc enarrasse sufficiat.

Thom.
Aquin.
22. quæst.
77. art. 2.

xxxvi.

Tricesimum sextum Argumentum.

Formæ rerum non sunt separabiles sed in materiā tantū propriam agūt, non in aliam.

At formæ lapidis Philosophici & metallorum sunt separabiles. Ergo,

Forma lapidis non aget in materiam metallorum.

Responsio.

Responsio.

Idem argumentum quod decimum
quintum & vicesimum nonum. Idcir-
cò huic idem quod illis respondendū
est. Qualitates enim quæ sunt in mistis
corporibus diuersarum specierum, si
contrariæ sint, pugnant, & agunt & pā-
tiuntur inuicem seseque ad mode-
rationem redigunt, fitque vnum
corpus vnus formæ, prioribus exina-
nitis.

Ex pu-
gna con-
trariarū
qualita-
tum fit
noua mi-
stio & no-
ua for-
ma ori-
tur.

*Tricesimum septimum Argu-
mentum.*

Indiuiduum vnus speciei non po-
test transmutari in Indiuiduum alte-
rius speciei, eiusdem generis proxi-
mi.

xxxviii.

Atqui stannum, plumbum, æs & fer-
rum sunt sub eodem genere, scilicet
metalli, Ergo,

Aliud non potest transire in Indiu-
dum aliū.

Responsio.

Repetitum est hoc argumentum. Est

N iij

enim secundum ex ordine superius constituto. Itaque huic, vt illi, est respondendum.

Tricesimum octauum Argumentum.

xxxviii. Chemici dicunt, metalla debere resolui in materiam eorum primam, si in argentum aut aurum ea mutari oporteat. At hoc fieri non potest. Ergo, In argentum aut aurum transmutari non possunt.

Responsio.

Periti Argyropœiæ & Chrysopœiæ de resolutione in primam materiã differentes intellexerunt de materia argento & auro proxima, quæ est argentum viuum, vt iam sæpè dictum est, non de materia ex qua in mineris terræ mista sunt.

Tricesimum nonum Argumentum.

xxxi. Quæ artes quotidie experimentis esse probantur, veræ sunt, vt Medicina, Ars fusoria & cæteræ.

At

At Ars Chemica nusquam experientia aliqua probata est. Ergo,
Ars non est vera, sed falsa.

Responsio.

Falsa est assumptio. Nam si, Erasme, experimentum nullum usquam verum vidisti, non sequitur, omnes nihil usquam experientia verum comperisse. Negatiua tua est assumptio vniuersalis, quam particularis affirmatiua euertit.

Quadragesimum Argumentum.

Impium est affirmare artem posse, XL
quod natura efficit.

Atqui hoc affirmat Ars Chemica.
Ergo,
Impium est quod affirmat.

Responsio.

Falsa est assumptio. Chemica enim Ars non affirmat aliquid se efficere propriè, sed subministrando & subiiciendo naturæ materiam & causam efficientem naturalem efficere dicitur,

Et ita responſum eſt ſupra ad ſimilia argumenta.

Quadrageſimum primum Argumentum.

XLI. Si hæc Ars eſſet vera, ditaret omnes, quicquam exercerent.

At ferè omnes ex ea ad inopiam penè redacti ſunt, Ergo,
Hæc ars eſt falſa.

Reſponſio.

Varios
eſſe ſciē-
tiarum
& artiū
fines.

Vulgò ſolet obiici hoc argumen-
tum, nec validius aliud exiſtimatur ad
euertendam Argyropœiam aut Chry-
ſopœiam. Sed huic argumento va-
riè reſponderi poteſt. Omnium ſcien-
tiarum & artiū fines poſtremi ſunt
varij. Horum primo ordine eſt con-
templatio ſola in iis artibus potissi-
mum, in quibus admiranda Dei o-
mnipotentis Opt. Maximi ſibi obſe-
quentis naturæ opera non vulgo co-
gnita relucent, in quorum contem-
platione mens humana ſatiatur & ac-
quieſcit. Secundo ordine finis eſt,
Actio

Actio earundem scientiarum aut artium, ut quam quisque didicerit artem, eam exercendo necessariis miserimæ huius vitæ transigendæ non careat, & Reip. profit. Et hos quidem fines, quicunque sapit, laudabiles esse profitebitur: propter quos etiam Argyropœia & Chrysopœia iure expetenda est. Illic enim admiranda naturæ arcana contemplari licet, nec qui eam rectè norunt, eosdem famelicos esse ipsa usquam permittet.

Fines
scientia-
rum &
artium lau-
dabiles.

Verum alius est artium finis vituperandus & damnandus, scilicet auris sacra fames, & habendi insatiabile desiderium. Postremum hunc finem, Erasme, falsum existimasti esse verum Argyropœiæ & Chrysopœiæ finem. Nam si Medicinæ, quam profiteris, tibi is tantum scopus est, ut ditior fias, non ut Reip. aliquam utilitatem afferas, minimè laudandus eris. Ex falsa igitur propositione assumptionem & conclusionem falsam & vitiosam esse certum erit. Sed e-

Qui finis
artium &
scientia-
rum vi-
tuperan-
dus sit.

Veritas
& falsitas
artis non
ex opum
copia
aut ino-
pia, sed
ex igno-
ratione
artis iu-
dicanda.

sto, concedatur finem Argyropœiæ
& Chrysopœiæ esse opes & diuitias,
ex illarum tamen copia aut penuria,
vera an falsa sit ars, diiudicari non po-
terit. Nam argumentum tuum est à
possibili, quo aliqua necessitas non in-
ducitur. Si enim ex ignoratione hu-
iusce aut alterius artis, qui eam exer-
cuerit, pauperior euaserit non arti,
sed ignorationi artificis imputabitur.
Nec tamen propterea ars aut falsita-
tis aut impossibilitatis coarguenda e-
rit. Sin ab ingenioso & perito exer-
ceatur, nihil illi ex operibus deerit, &
siue paucio contentus fuerit, nec nisi
quantum rei familiaris necessitas po-
stulabit, (qui sapientis verus est sco-
pus) siue opibus se profluere & super-
bire, re ipsa demonstrauerit (qui insi-
pientis est finis) veritas artis depre-
henderetur.

Imperi-
ti artis
pauperie
facere so-
lent.
Difficul-
tas artis.

Sed quoniam ut plurimum hæc ars
ab imperitis tractatur, mirum non est,
si ipsa pauperiem facere dicatur. Sanè
nisi ab expertis edoceatur, & re ipsa
demonstretur, vix nisi longissimo
tempo-

tempore ad eam perueniri potest. In summa, si Argyropœiam aut Chrysopœiam exercentes ad inopiam rediguntur, non artis falsitas, sed turpis illorum ignoratio causa est inopię.

Quadragesimum secundum Argumentum.

Quæ à grauibus & probatissimis viris ars nec cognita nec probata est, ars non est. xliij.

At grauibus & probatissimis viris chemię ars non est probata. Ergo,

Ars non est.

Huic argumento adiuicis aliud simile.

Quadragesimum tertium Argumentum.

xliii.

Quæ nouæ sunt Artes, non sunt Artes.

Atque ars Chemica quatuor aut quinque antehac secula non excedit. Ergo,

Non est Ars.

Responsio.

Nouæ
quædam
artes ve-
teribus
præstan-
tiores.

Geber ar-
tem hanc
esse veris-
simā p-
bauit.

Si Hippocratis, Aristotelis, Galeni & cæterorum antiquorum Philosophorum & probatissimorum virorum seculis hæc ars incognita fuit, vt ars nec etiam ab iisdem probari aut improbari potuit. Nec quod forsitan tantæ sit antiquitatis, vt putas, idcirco ars non est dicenda. Nam & nauticæ pixidis, tormentorum bellicorum, & Typis excudendorum librorum artes vetustati incognitæ fuerunt, quibus tamen artibus antiquitas nihil par habet. Artes tamen sunt & verissimæ. Nec minus his omnibus verissima est & admiranda Argyropœia & Chrysopœia, quæ etiam cognita est viris probatissimis, & in naturalibus Philosophiæ præceptis peritissimis, licet paucis, inter quos primas partes tenet Geber, quem, tu Erasme, idolum Chemicorum appellas. Verùm definitionibus, diuisionibus, causis & effectibus & certis præceptionibus è physicis petitis artē verissi-

verissimam esse probavit. Plura tamen dicta esse ab eo comminisceris, eaque redarguis, quæ nusquam somniauit.

Hæc sunt argumenta tua, Erasme, quibus non sine contumeliis, iniuriis & ira aduersus Chemicos pugnasti, anno, ut scribis, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, mense Augusto: At cum deferbuisse ira tua, & ab egregio & docto viro, ut scribis, argumenta quædam opinioni tuæ aduersantia proposita essent, iis respondisti sub finem huiusce disputationis, & modestius quidem, ut videtur, quam superioribus argumentis.

Eraſtus
impugna-
uit Chemi-
ciam an-
no 1566

Ostendit tibi is, ut ais, argentum viuum ab auro prolicitum, & ex cæteris metallis prolici posse proficitur, nec multum aduersaris. Sed quod argētum viuum vel vulgare vel ab imperfectè mistis metallis reductum sit materia argento & auro proxima, negas. Et quamuis ita se res haberet, tamen arte in argentum aut aurum mutari posse inficiaris: fateris tamen argentum viuum ex auro reductum facile & celeriter in gar.

Mercuri-
us ex
auro pro-
licitus.

Quædā
quæ con-
cedit Era-
ſtus, quæ-
dam au-
tem ne-
gar.

aurum concoctione posse redire. Argentum autem viuum, quodcunque sit, non esse materiam argento & auro proximam, hinc conicis, quod vnūquodque argentum viuum sit tantum Individuum suæ & propriæ speciei, & quod alterius speciei Individuum nusquam esse possit. Vt si ex plumbo arte proliciatur argentum viuum sit Individuum plumbi, si alterius, sit eiusdem Individuum. Vt id conformes, similitudinem adiicis in sanguinibus, qui à diuersæ speciei animalibus fluxerunt, qui omnes sese colore referūt, & idem sanguinis nomen obtinent, sed non eadem rationem, naturam & speciem gerunt. Sed & in carne & multis aliis rebus eiusdem nominis exēpla adfers: hinc conficis: Si argentum viuum vulgare aut quod à metallis prolicitur, nō est materia argento & auro proxima, siue eorundem Individuum, vanos esse omnes omnium Chemicorū conatus, cū nulla materia possit motu à causa efficiēte formā certā apprehēdere, nisi formæ huic sit potentia proxima.

Sanct.

Sanè, ex multis, quæ aduersus artem
hanc attulisti, argumentis, nullum hoc
verisimilius est, quodq; magis Vrore Vi-
deatur: sed cui tamen facile sit respon-
dere. Nititur enim hoc argumentum
tuum similitudine nominis, non rei, aut
substantia. Argumenta hæc omnia à
simili plus ad illustrandam probationem
quàm ad illam stabiliendam profun-
dè omnia infirma argumenta à simi-
litudine ducuntur, cum nulla sit tanta
similitudo quæ per omnia extendatur.
Nullam autem necessitatem inducum,
sed ut auditores vel legentes sese ob-
sequentes dictis aut scriptis reddant,
maximè accommodata sum. Idcirco
nullis argumentis facilius incautos de-
cepi & falli contingit, quàm ijs, quæ
à similitudine rerum ducuntur.
Huic igitur argumento tuo à simili
petito, Eraste, sic respondebo: Ma-
teria remota & proxima eodem no-
mine appellari possum, non eadem
ratione censeri: Ut puta, sanguis su-





ILLVSTRI ET GENEROSISSIMO

ATQVE SPLENDISSIMO

D. IACOBO LAFFINIO, Re-
gij ordinis equiti Auroato,
Baroni d'Ausbus-
son,



GASTON DVLCO S.

COGITANTI mihi, cui potissi-
mum hos qualescunque labores
meos dicarem, De triplici pra-
paratione Auri & Argenti si-
ne qua opus adoptatum finem perducere
vix licebit vera & non fucata demonstra-
tio, tu mihi vnus omnium occurristi, qui hoc
honore verè sis dignus. Nam tametsi Illu-
stri genere natus, inter arma educatus, pro
regij status defensione, huiusque Gallia no-
stra, omniumque salute viriliter & strenuè
semper te gesseris, atque impetum aciei Hi-
spania inimica Lagniaco obfesso, cui à Re-
ge praefectus eras, superioribus his annis
fortiter sustinueris: nihilominus magno sem-

A

per in honore apud te fuere literarū studiosi,
 & arcanorū naturæ perscrutatores acerrimi, præsertim in Argyropæia & Chrysopæia.
 Nec laboribus & sumptibus pepercisti ut ab
 his, qui callere artem hanc profitebantur, aliquid
 sæpius tentatum fuerit: scio multos
 apud te multis annis, tuis multisque sumptibus
 plurimæ expertos fuisse, paucos viros probos,
 plures, qui montes aureos pollicerentur,
 nihil præstitisse. Quod præarumque apud
 me condolui. Sed quoniam post multos per-
 pessos labores, multasque impensas factas
 plerumque prosperū aliquid solet occurrere,
 te eorum, quæ paucis ab hinc diebus in manus
 meas inciderunt, facere participē, idque
 etiam, ex promisso, mearū esse partium existimaui,
 eaque prælo commissō nomini tuo dicare.
 Quæ si tibi grata & accepta intellexero,
 demonstrare aliquādo re ipsa conabor,
 saltem duas priores auri præparationes.
 Quæ licet à nobis apertissime descriptæ videantur,
 tamen in opere practico vix ad exitum
 perducentur, nisi ab eo, qui idem operi
 conficiendo adfuerit. Bene Vale, & ut soles
 nos amare, ama. Niuernis Calendis
 Septembr. 1594

DE TRIPLICI PRÆPARATIONE

AVRI ET ARGENTI.



ARGYROPOEIAE & Chrysopœiæ Finis Ar-
gyropœ-
& Chry-
sopœiæ.
Quæ sit
materia
in arte ad
suscipiē-
dam aurū
& argen-
ti formā,
finis & scopus est, vt argentum
& aurum progignatur. Mate-
riam autem aliquam subiici ne-
cesse est, quæ sit potentia proxi-
ma ad formam argenti vel auri suscipiendam.
1. Hanc materiam esse argentum viuum tam
vulgare quam quod reliquis metallis est insi-
tum, euidentissimis rationibus & experimen-
tis quibusdam in Apologia nostra probau-
mus. Nec repetitione opus, ne tædiosa sit. Id
quoque verissimum esse, Illustrissimorum vi-
rorum & aliorum testimonia fidem faciunt,
qui multam argenti viui quantitatem in ar-
gentum & aurum mutatam oculis conspexere
proiecta in ipsum pauca lapidis Philosophici
quantitate.

2. Forma autem hæc, quæ materiæ proxi-
mæ insculpenda est, à causâ efficiente, de qua
paulò post, non est substantialis sed acciden-
taria, inter quas multum interest. Substantialis
enim præcipuam corporis misti seu compo-
De for-
ma mate-
riæ pro-
ximæ in-
sculpēda

A 2

Forma
substan-
tialis in
quolibet
corpore
vnica.

ti partem constituit, & est in prædicamento substantiæ, ab eaque mistum corpus denominationem accepit. Et vnica est in vnoquoque corpore suo, & propriè forma dicitur. At forma accidentaria partem corporis non constituit, neque est in prædicamento substantiæ, sed reliquis, nec ab ea corpus mistum nomen habet, & plures vni eidemque corpori accident, vt quantitas, qualitas, &c. Et per se subsistere non potest, & semper est in subiecto aliquo & re ipsa vel imaginatione aut intellectu adesse aut abesse potest ab eodem subiecto illæsa forma substantiali, vt sunt qualitates tam primæ quam secundæ. Forma illa substantialis est actus prior corporis misti, accidentaria, actus posterior. Cum igitur argentum viuum & reliqua metalla mutantur in argentum aut aurum forma substantialis illorum non perit, sed sola accidentaria. Et compositum non corrumpitur, sed perficitur. Non enim corrumpitur aut compositum seu subiectum, quin aliquid generetur, & noua forma substantialis oriatur. Sed quoniam multos huic opinioni contradicturos præsentio, quod duæ formæ in eodem subiecto subsistere non possint, quæro ab ijs, an forma substāialis vix immaturæ sit hæc non eadem, quæ maturæ, an diuersa? puto eos responsuros eandem vtriusque formam esse substantialem: & inchoatam dicere verebuntur. Atqui vna hæc immatura est, cum maturitate seu pepansu perfici possit. Ergo perfectio hæc non

Forma
substan-
tialis A-
ctus
prior.
Forma
acciden-
talis A-
ctus po-
sterior.

Perfectio
hæc non
substan-
tialē sed
acciden-
talē con-
cernit.

non ad formam substantialem pertinet, sed ad
 accidentariam. At dicent: Quod antea fuit & Qualis
 nunc non est, corruptum est: Ergo forma fit & di-
 prior, quæ erat in composito, periit, & nunc catur cor-
 alia orta est. Sic docent, argentum viuum, ruptio si
 quod prius erat, corruptum esse, postquam argētura
 mutatum fuerit in argentum vel aurum. Qui viū in
 bus concedo, cum mutatum fuerit argentum aurū vel
 viuum in argentum vel aurum, matationem, argentū
 aut si velis corruptionem fieri accidentium vertatur.
 priorum, & formam priorem accidentariam
 interire, & generationem fieri aliorum accidē-
 tium, & aliam formam accidentariam oriri in
 subiecto. At non propterea forma substantia-
 lis seu actus prior in argento viuo evanescit,
 sed persistit: Et argentum viuum seu compo-
 situm, quod erat imperfectum, perficitur. In
 hac autē mutatione Argenti viui tam vulgaris,
 quam eius quod metallis est insitum, in argen-
 tum vel aurum, non omnia priora accidentia
 pereunt. Quæ enim argento, auro & argento
 viuo propria & communia sunt, non pereunt,
 sed persistunt. Hæc autem sunt accidentia pro-
 pria & his communia præsertim auro & ar-
 gento viuo, illorum videlicet compositum ab
 igne non corrumpi, nec exuri, humido vinctuo-
 so cremabili & vrente omnino esse expertia, quæ?
 indissolubilem esse eorum mixturem in par-
 tes substantiales, esse grauissima, & quæ sunt a-
 ia. Sed quædam tantum accidentia pereunt,
 quæ non ad formæ substantialis proprietatem

Auri &
 argenti
 viui pro-
 pria &
 comunia

Accidētia argē-
ti viui
proprie-
tes quæ

pertinent: sed accidentariæ sunt, esse argentum viuum tenue, liquidum, volatile, & indefinitū, cum enim non sit crassum, solidum, fixum & concoctum, definitur & perficitur. Hoc igitur constans & ratum est, argentum viuum vel vulgare, vel quod metallis imperfectis inest, sola forma accidentaria differre ab argento vel auro, non autem substantiali. Quæ tamen sensu non percipitur per functiones, sed ratione per intellectum, & quæ exinanitis prioribus formis accidentarijs quibusdam, quæ nō ab substantialis formæ proprietatem, sed accidentariæ pertinent, possit argenti & auri functiones omnes expromere, quæ sunt: ignibus resistere, omniæque eorundem examina perpeti, secundum vtriusque naturam.

Satis de materia, quæ est in potentia proxima apud artem, & de forma, quam induit, postquam ad actum posteriorem peruenerit. Plura enim in superioribus à nobis editis de his scripsimus.

Causa efficiens apud hanc artem.

III. De causa autem efficiente tractare luculentius constitui, vt si quid de hac à nobis minus idoneè vel verè traditum sit, hic suppleatur & farciatur.

Efficiens causa est, quæ accidentariam formam ab argēto viuo, vel eo, quod metallis est insitum, abolendo, ipsum perficit in argentum vel aurum. Existimauerunt autem plerique solum ignem & calorem externum causam esse efficientem, quippe quod purgando,

do heterogenea fecernat. & concoquat. Hu-
iusce opinionis Author est Albertus Magnus
lib. de Mineralibus quarto, cap. 7. Qui non so-
lum ex metallis, sed ex omni corpore misto
tria posse elici corpora putant in hæc verba:
Ex prædictis, inquit omnibus elucescit aliqua-
liter, secundum quam rationem plurimi Hal-
chemistarum asserunt de omni corpore ele-
mentato tria posse elici corpora, oleum, vide-
licet, vitrum & aurum. Patet enim ex sæpius
habitis pingue quoddam humidum esse in om-
ni elementato, quod circūfunditur partibus.
Quod quia viscosum est, evanescente humido
aqueo, distillat ab incenso corpore assato, eo
quod per optesin pellitur ab interioribus ad
exteriora, in quibus diutius defendebatur ab
igne.

Pingue
quoddam
humidum
in omni
elemēta-
to.

Præterea in omni corpore misto est ali-
quid humidum, quod est aqueum permistum
terreo subtili, ita quod vtrumque tenet alte-
rum. Et hoc fortissimè assatum sublimando se
in poris corporis interioribus, quorum orifi-
cia exteriora clausa sunt per combustionem,
quasi per duo se diuidit. Magis enim grossum
& aqueum natat in superiorib. corporis par-
tibus, & per fortissimum ignem effunditur
effusione vitri & cōgelatur frigido in vitrum.
Magis autem purum sublimatum propter ca-
liditatem fit croceum, & effunditur effusione
auri, quod congelatur frigido in aurum. For-
sitā quidam in imperfectè mistis metallis hoc

experti sunt, sed nihil aliud quam oleum & operam contriuere. Minus in argento viuo euenire potest. Tametsi Geber libro summa perfectionis diuturno igne ipsum coagulari & incrassari tradiderit. Puto autem ne hoc quidem intra triennium fieri posse. Si autem ex imperfectè mistis metallis aurum prolicetur, per corruptionem & generationem hæc mutatio fieret. Atqui non per eas, sed per miftionem, vt in Apologia probauimus, & inferius iterum euentissimis rationibus confirmabimus, prolicitur.

IV. Alij omnia salium, aluminum, atramentorum & minorum mineralium genera calori igneo adiumento esse voluerunt. Hinc plurima cementorum genera, plurimæ, quas vocant, gradationes, ab aquis acerbis acerrimis distillatis inuenta sunt. Verùm hæc omnia, cum nõ sint ex materia metallorum, non magis miscetur, quam ignis solus: nec perficiunt, imò calori subsidio sunt, vt celerius metalla imperfectè mista corrumpantur, & in vitrum vertantur. Absumunt enim humidum & exurunt terreum. Nolim tamen negare ex argento puro sæpius cemento, ex sale communi præparato & vitri, quam alcali vocant, exposito, & in corpus reducto, aurum prolici, quod aqua acri separationis imò vasis subsidet. Reiteratione enim operis purgatur argentum & concoquitur, & definitur humidum, nec quod sit opprimè, mistum, à suo terreo sicco diuelli aut fecerni

secerni potest, & idem siccum terreum, quod actu est candidum, potestate est rubrum, hac coctione fit rubrum & proprium humidum tingit in citrinum colorem. Verum condimenta hæc omnia piscibus sunt cariora.

v. Sunt præterea, qui causam hanc efficiētem à salibus, à metallis imperfectè mistis prolicitis collocarunt, eosque iisdem cementis & gradationibus argento viuo aut iisdem metallis miscere tentauerunt. Hanc mitionē fieri posse non ierim inficias, cum omnia hæc communem habeant materiam, & contrarijs pugnent qualitatibus. Vim autem argentificā aut aurificā habere non puto. Fateor profectò ex sale ab ære & ferro prolicito, misto & oboluto malagmati ex auro, argento, & argento vivo confecto concoctione & reductione aurum augeri quantitate, ut in libro, De recta & vera ratione progignendi lapidis Philosophici, tradidi. Verum hæc accretio adeò paucæ est quantitatis, ut impensæ superent opus. Si igitur omnes, qui hac tempestate in omnibus huiusmodi labores & nummos frustra impendunt, me in consilium adhiberent, consulerem tantis laboribus & sumptibus esse parcendum, & ut sapere inciperent, nisi miseri & mendici etiam post multos annos esse malent.

Quodnam sit verum subiectum causæ efficientis.

vi. Verum & naturale causæ efficientis argentificæ subiectum, aut aurificæ, est argentū

Argentum
& aurum
principia
generandi.

& aurum. In alijs corporibus aut rebus frustrâ quæritur aut speratur. Ignis est principium generandi & augendi ignis ex alio corpore. Argentum & aurum sunt principia argenti & auri generandi & augendi in proxima materia.

Et in vniuersum sicut in omnibus omnium specierum seminibus naturæ vim propriam se ipsa propagandi inseruit, sic & in argento & auro sese augendi, tametsi alia mutationis specie, quàm quæ in animalibus & vegetabilibus conspicitur. In his enim causa efficiens primum corrumpit cætera in quæ agit, & tandem in idem subiectum mutat & conuertit. Argentum autem, & aurum materiæ proximæ miscentur, eamque primo alterant, deinde perficiunt. Hæc autem vis & facultas seu causa efficiens est proprietas quædam, quæ nõ est ex genere elementorum, nec qualitatum, primarum aut secundarum eorundem, nec ab ijs traxit originem, sed sola à forma corporis misti proximè fluxit. Et est extra sensus humanos, nec sapore, nec odore, nec tactu, neque vlllo denique sensu nasci deprehendi potest, sed sola obseruatione & experientia, quæ longo vsu verè stabilita sit. Itaque ignem, neque arborem, neque animal gignere, sed vires & facultates, quæ in vnoquoque insunt semine generationis & propagationis authores esse, perpetua obseruatione deprehensum est. Quod si olim diximus in hisce coiporibus in animis ignem

ignem & calorem externum causam esse efficientem, de adiutrice intelligendum est non de principe, quæ non aliunde, quàm in argento & auro quærendo inuestigandaque est. Faciendum tamen est subiectum principis causæ efficientis nec perfici nec perficere posse sine adminiculo & opera caloris externi.

Ignis externus causa efficiens adiutrix. Princeps causa argenti & aurum.

VII. Sed quæri solet: cum vis illa argentifica aut aurifica insita sit argento & auro, & mixture eorundem cum materia proxima perfectionem consummari dixerimus, cur metallis aut Argento viuo mista eadem non perficiunt. Non enim argentum viuum auro malagmate mistum perficit argentum viuum: sed hoc igne in vaporé soluitur, qui tamé frigido rursus in argentum viuum redit, aurum autem persistit. Sic plumbum igne liquatum cum argento vel auro non perficitur in argentum vel aurum: sed illud in examine Cineritij secernitur: hæc auté in eodem persistunt. Nec est inutilis quæstio, imò quæ totum huiusce artis arcanum detegit, cuius explicationem qui ignorat, eum in opere practico cæcutire necesse est. Quæstionis solutio hæc est. Forma in vnoquoque corpore primum est & præcipuum efficiens in quo vis, facultas & proprietas est occulta per quam agit, sed quæ sola est inefficax ad agendum, nisi qualitatibus primis & secundis tanquam instructa sit: non secus ac artifex qui statum quidém anima effingere potest, at illam lapidi insculpere & oculis conspicuam reddere si-

Cur aurum & argentum in natura non agant in argentum viuum & reliqua metalla.

ne instrumentis non potest. Sic forma argenti & auri insitam quidem habet argentificam & aurificam vim & facultatem ex proprietate occulta, sed quæ est inefficax ad agendum nisi viribus qualitatem armata sit. Itaque argētum & aurum in natura sua non alterata, non agunt in metalla, aut argentum viuum, cum his miscentur.

Argētum
in natura
sua non
alterata,
non agere
in metal-
la & argē-
tum viuum.

Existimarunt autem plerique crassitiem argenti & auri causam esse, propter quam proprietatem illam argentificam & aurificam exercere non possint in argentum viuum & metalla. Itaque si in spiritum & consistentiam tenuem reducerentur aurum ex argento viuo & metallis imperfectè mistis generari posse. Sic enim cecinit Augurellius de metallis verba faciens:

*Quod si non sobolem educunt, non cetera
velant.*

*In sese causa est, quod multa spiritus illic
Materia abstrusus, vitam qui porrigit om-
nem,*

*Explicat agrè ex se vires, nisi viuida vir-
tus.*

*Has hominum promat densa de mole la-
tentes.*

Paulò post de auri spiri-
tu subdit.

*Denique sic etiam fuluo detentus in auro
Ipse manum cupit artificis, qui vincula sol-
uit.*

Et

AVRI ET ARGENTI.

13

Et qui se propria reddat virtute potentem.

Quod si quis properans hunc certis viribus unquam.

Explicit, atque diu tepido post incoquat igni:

Continuò aspiciet, visu mirabile vitam

Auro impertiri longo cum seminis usu:

Nec deerit quin ex auro sibi procreet aurum.

Geber etiam multis in locis docet reductionem diuerforum corporum in minimas partes mistionis & veræ vnionis esse causam. Nos autem cum Aristotele dicimus tenuitatem substantiæ corporum non esse principem ^{Tenuitas substantiæ corporum non princeps sed adiutrix causa.} mistionis, sed adiutricem tantum sicuti nec secundas alias qualitates. Mistionis enim veræ hic ordo, hæc est lex. Primum vt miscibilium corporum sit mutuus & mathematicus contractus, isque in perexiguas partes, hinc vt agant & patiantur inuicem, idque æqualibus & pugnantibus viribus. At agunt & patiuntur corpora miscibilia per qualitates primas & principes, quæ sunt calidum, humidum, frigidum & siccum: calidum enim agens in frigidum, & humidum in siccum, sese perimunt. ^{Primæ & principes qualitates.} Solæ enim hæ qualitates principes agere & pati mutuo aptæ sunt. Non item qualitates secundæ, in quarum numero sunt tenue & crassum. Sanè tenuitatem substantiæ magnum qualitatibus principibus agentibus adiuven-

tum ad agendum afferre certissimum est.

Forma agit per
qualitates
primas &
hæ per po-
steriores.

Sed quemadmodum forma per qualitates primas agit: tanquam per instrumenta, sic principes hæ qualitates per posteriores agunt. Sic ex qualitatibus principum contrariarum æquabili conflictu in materia communi, quæ nimirum in per exiguas partes diduci potest, resultat vera mixtio & unio diversorum miscibilium. Ipsa quidem argentum & aurum viribus caloris & siccitatis minus instructa sunt, quàm ut frigiditatem & humiditatem argenti vivi & reliquorum metallorum euincere possint. Crassiores etiam sunt consistentiæ, quam ut eorundem partes subire valeant: Igitur artis partes sunt extensos

Artis partes & officium gradus extensos primarum qualitatibus intensiores reddere.

tantum caloris siccitatis & tenuitatis gradus in argento & auro, eosdem intensiores reddere, ut ijs veluti armis vis & facultas argentea & aurifica instructa accidentariam quandam formam ab argento vivo & reliquis metallis abigat, formæ autem argentificæ & aurificæ convenientem accersat. Sic ex argento vivo & metallis imperfectè mixtis, neque alia ratione, fit arte adiutrice verissimum argentum & aurum. Extensio autem qualitatibus in subiecto aliquo est acquisitio formæ alicuius accidentariæ per universas partes eiusdem, quæ prius non erat in eodem subiecto aut non in omnibus partibus, ut cum frigida manus in omnibus partibus aut aliquibus, tantum fit calida undique. Intensio autem fit, cum gradus formæ accidentariæ iam in toto subiecto actu existetis maiorem.

Extensio qualitatibus quid?

Intensio qualitatibus quid?

iorem vim acquirit., manente tamen prioris caloris gradu. Tunc igitur intenduntur vires argenti & auri, cum coloris, siccitatis & tenuitatis substantiæ in eorum subiecto cum actu existentes incrementum suscipient. Et quo fuerint intensiores eo promptius & actius forma argentifica aut aurificaaget in materiam potestate proximam & plures eiusdem partes in verissimum argentum vel aurum perficiet. Hæc autem intensio gradus qualitatum in argento vel auro ex eorum diuersa præparatione dependet, quæ tota & præcipua Argypocæiæ & Chrysopocæiæ pars est. In quam eiusdem artis studiosos omnes conatus, omnemque operam collocare oportet.

Intentio viiurum argenti & auri.

Intentio-nis effectus.

Intensio vnde dependeat

Causa hæc est, quæ nos impulit his nouissime editis titulum præscribere: De triplici argenti & auri præparatione. Scio plures plurimis & ab his diuersis præparationibus vri, quæ si ad intentionis gradus qualitatum in argento & auro agendos dirigantur, bene quidem. Sed eas, quæ tū authoritate, tū ratione partim experimento nituntur, mox explicare decreuimus. Breuibz tamē & concisis verbis, ne tāta naturæ arcana & mysteria indignis, impijs & irrisoribus impertiantur.

Prima præparatio argenti & auri in Calce

produ-
tio.
Calcinata fieri sicciora, tenuiora & calidiora.

VIII Prima præparatio est argenti & auri in calcem reductio. Quæcunque enim calcinata sūt, hac coctione calidiora, sicciora & tenuiora euadūt. Exēplū est euidēs in calce lapidis. Argētū igitur & aurū, q̄ imbecilliorib. erāt

Vires calo-
ris sicca-
tis & te-
nuitatis
intentio-
res in la-
pide.
Calcina-
tio quidē

viribus priusquam in calcem redigerentur, & ad agendum inualida erant, calore, siccitate, & tenuitate intensioribus hac calcinatione quasitis & comparatis ad agendum efficacia reduntur. Calcinantur autem, cum ex iis fit magma cum argento viuo quod corio exprimitur: sic superest globus ex utroque quod per corij meatus non effluxit. Admiscetur globo quiddam, quod est ex argenti viui natura (neque omnia in vulgus ratio suadet) & trita omnia in vas vitreum coniecta concoquantur, dum vi ignis argentum viuum & quod est ex illius natura expirauerint relicta calce argenti vel auri in vasis imo. Toties hæc calcinatio repetenda est dum calx in puluerem tenuissimum abierit omni luce carentem. Tandem sal armoniacus prius sublimatione perfectè purgatus admiscetur eorum calci rursusque quater aut pluries sublimatur, ut maiorem etiam caloris, siccitatis, & tenuitatis gradum calx acquirat. Sed hic intentionis qualitatum gradus & præparatio cæteris infirmior est. Non enim calx metallicam exiit omnino naturam, crassitiemque illius aliqua ex parte redolet, & igne fusorio in corpus liquata rediret. Idcirco non omne argentum viuum promiscuè proficit in argentum vel aurum, sed illud tantum, vel quod natura concoctum ab imperfectè mixtis metallis arte eductum est, vel vulgare, quod à frigiditate & humiditate nimia vindicatum est, scilicet sæpius sublimatum.

tum & quasi mortuum lateribus vasis adhærens: deinde viuum & fluidum redditum. Modus agendi est, vt ex tribus vtriusvis argenti viui partibus & vnica calcis argenteæ vel aureæ fiat malagma aut mistio, deinde in vas vitreum aptum coniecta imbecillo primum calore, deinde aucto sensim concoquatur. Varios autem subinde videbis vtrunque mistum induere colores, dum tandem argenteæ calcis, & argenti viui mistio colorem cinerum aut sub albidum, aureæ verò rubrum colorē contraxerit, & in puluerem tenuissimum & in palpabilem vtrunque opus abierit. Et mirū est, idem argentum viuum, ex diuersæ calcis mitione diuersum sub finem coctionis induere colorem. Quod etiam de differenti densitate & gravitate alterutrius magis mirandum est, vti videmus. Calx enim aurea argento viuo concocta densior & grauior est, calce alba eiusdem molis. Mirari autem desinet, qui coloris aut gravitatis differentiam non ab elementis argenti aut auri, nec eorundem qualitibus, sed à forma eiusdem argenti & auri primum & proximè proficisci prospiciet. Hoc animaduertendum est argētum viuum ex argento arte prolicitum & calci aureæ admistū celeris in aurum coctione perfici. Quod enim magis ad maturitatem accedat, minus resistet calci argenti.

Secundæ
prepara-
tio.

Sal & oleū
ex argēto
& auro.

I x. Secunda præparatio est calcis argenteæ vel aureæ in salem fusilem, atque hinc in

B

Salis ex
calce ar-
gentea
vel aurea
proliciē-
di ratio.

oleum reductio: prolicetur autem sola arte, & inethodo, qua ex omnibus corporibus mistis calcinatis solet fieri. Primum enim fit lixiuiū, quod filtro sæpius purgatum calore leni coagulatur. Quod subsidet exhausto aqueo humore, verè est sal aut salis naturam habet, qui sapore deprehenditur, & in omni liquore frigido & humido soluitur, quod calore sicco contreuerit. Sed quemadmodum mista corpora diuersorum generum & specierum diuersis & variis prædita sunt facultatibus. sic &

Sales ex-
tracti effi-
caciores
quàm eo-
rundem
calx.
Salis na-
tura.

ex iisdem proliciti sales. Itaque ex argento & auro educti vim & facultatem habent argenticam & aurificam, sed quæ longè præstantior & efficacior est, quàm eorundem calx. Hac enim præparatione ab impura sæce vindicantur. Est enim terra purissima, & in naturam quandam igneam deurgit & nobilitatur. Et quo plus hi sales filtro purgantur & coagulantur, eò maiores vires consequuntur.

Sales quo
modo in
oleum re-
digantur.

Sed vt maior tenuitas eis comparetur, post multas solutiones & coagulationes in oleum sponte per se frigido & humido loco expositi soluantur. Rursus calore sicco leni hæc olea coagulantur. Et hæc opera identidem repetuntur, dum calore sicco in posterum coagulari non possant, sed vt oleum iuglandis aut oliuarii calido aut frigido loco exposita non cōcrescant, sed fluida persistant. Hæc olea permixta argento viuo vulgari ipsum coctione primum leni, deinde aucta octo dierum spacium perfi-

perficiunt in argentum vel aurum secundum alterutrius olei naturam. Dosis non nisi experimento discitur. Inest autem oleo huic aurifico alia vis & facultas. Si enim septem vnciæ <sup>Olei auri
fici vis &
facultas.</sup> argenti viui septies perfectè per sublimationē

purgati vnciæ olei admisceantur, & sæpius detrudatur deorsum, quod sursum vi ignis elatum & concretum fuerit, tandem figetur cum oleo, & in feruenti igne, vt oleum persistet, depositum verò ab igne, vt gelu constringuntur. Huiusce coagulati vncia vna in argentum purum coniecta ipsum in aurum purissimum perficiet. Sed argenti quantitas & dosis sola etiam experientia præscribi potest.

Quo enim exquisitior vel negligentior fuerit præparatio, eò plures & pauciores argenti partes mutabit. Signum perfectionis tam olei <sup>Signum
perfectio-
nis olei.</sup> quam sublimati cum oleo fixi erit, si granum alterutrius in laminam igne cadentem proiectū sese subito fuderit, vt cera sine fumo partēsque illius internas subierit, & calore argēteo & aureo infecerit, non secus ac oleum papyrus celerrimè penetrat. Hoc oleum est medicina secundi ordinis coagulans argentum viuum, de qua Geber in hæc verba libro summx perfectionis cap. 26. Argentum viuum, cum fugituum sit, de facili sine inflammatione aliqua, medicina eget, quæ subito ante fugam eius in profundo illi adhæreat, & illi per minima coniungatur, & illud inspisset, & sua fixatione illud in igne conseruet, quousque ad-

ueniat illi maioris ignis tolerantia eius humiditatem consumentis, & conuertat illud per hoc beneficium in solificum & lunificum verum, id est, aurum vel argentum, secundum illud, ad quod fuerit medicina præparata. Et a libi sic ait. Ex hoc manifestè relinquitur ex quacunque re medicina illius eliciatur, ipsam necessariò debere esse subtilissimè & purissimè substantiæ illi adhærentis ex natura sua, & facilissimæ liquefactionis, & tenuissimæ, ad modum aquæ, & fixæ super ignis pugnam. Hæc enim ipsum coagulabit & in naturam solarem vel lunarem conuertet. Hoc sanè oleum has omnes habet proprietates & qualitates. Quid enim oleo subtilius & purius? Quid magis adhæret argento vivo, quam argentum & aurum, præsertim aurum? Quid liquefactionis facilioris ipso oleo, quod fluxile est? Quid tenuioris consistentiæ hoc oleo? Quid ipso fixius esse potest, cum ex argento & auro, quæ omnia ignis vim tolerant, effluerit. Nihil verò aliud edocent Raimundi Lullij scripta, quàm olei huiusce ex argento & auro conficiendi rationem, sed alia via. Destillatione enim ex omni genere salium, aluminum, calcanti, minorum mineralium, quin & ex metallis ipsis aquas prolicit, quarum vi acerrima argentum & aurum prius calcinata soluit, hinc lento igne coagulat, & crassiorem efficaciorẽ harum aquarum partem (quam spiritum quintæ essentia appellat) non cum argento vel auro
figi

Quid oleo
subtilis &
purius?

figi & vniri ait, & in oleum verti. cui deinde admiscet septuplum argenti viui sublimati perfectissimè purgati & repetita sublimatione figit. Sed verior ne harum aquarum spiritus figi aut vniri possint, cum argento & auro, seu quod diuersæ sint materiæ, seu quod metallicæ naturæ proportionem exuerint. Idcirco maluimus solo igne, solum argentum & aurum in oleum mutare. Quod inscijs & inexpertis operosum, scientibus & expertis est facilimum. Oleum autem hoc nostro modo paratum, omnis alterius rei aut corporis externi & suspecti expers est, & verum est aurum potabile, quod multis morbis desperatis remedium est accommodatissimum, si vera sunt, quæ de auro potabili referunt, quæ affirmare non ausim, quod nostræ professionis & Chrysopœiæ artis limites prætergrediantur & medicorum iudicio relinquenda sint. Sed velint, nolint, certum & experimento à nobis probatum est, aurum soli igne in oleum verti posse, quod nusquam posthac in aurum rediterum sit, nisi velut tinctura aurifica argento viuo aut argento puro misceatur eaque perficiat.

Solo igne
solum ar-
gentum &
aurum in
oleum
mutari.

Aurum so-
lo igne in
oleum verti
posse.

x. Tertia & postrema auri præparatio (de præparatione argenti reticebo, quod illa vtriusque vires gerat) longè intensioribus viribus & facultatibus superiores superat. Hac enim præparatione spiritus ex auro in sublimè ad latera vasis proprii igneo calore fertur,

Tertia
præpara-
tio de ex-
trahendo
spiritu.

Lapis
Philoso-
phicus
seu tinctu-
ra aut sal
aurificū.

nō secus ac ex lignis fuligo. Qui spiritus deinde coctione in lapidem primo album, postremo in puluerē rubrum figitur. Hic pulvis est verus sal aurificus & lapis Philosophicus seu tinctura aurifica. Cuius vis & facultas est sola proiectione in omne cuiuscunque generis argentum viuum, omniāque reliqua metalla in aurum perficere. Tantas autem & tam admirabiles vires spiritus hic cōsequitur, quod hac sublimatione ætheream atque igneam naturā induit, & omnem impuritatem & terrenam fecem exuit, à qua tanquam à compedib. exolutus argentum viuum ex metallis inuolat, diducitque, & idem nec non argentum viuū vulgare concoquit, definit, tingit & perficit in aurum idque statim & vnico momento. Quæ præstare non potest auri oleum nondū sublimatum, minus calx auri, nihil autem omnino argentum & aurum in natura nondum alterata. De methodo & ratione euehendi huiusce spiritus auri in sublime multi multa scripsere. Nos modum, qui expeditior, facilior, magisque rationi consentaneus est & ex Geberi sententia narrabimus. Misceatur olei

Præcis ex
trahendi
spiritum
auri.

aurifici vncia quatuor vncijs argenti viui perfectissimè longa contritione, vt in perexiguas partes misceantur. Conijce mistam in ampullam vitream, luto obstructam, & imbecillum primum ei ignem subijce, deinde violentum & subitum duodecim horarum spacio: infrigidatum vas frange, & conspicias in superiori
vallis

vasis parte argentum viuum sublimatum rubrum. Sublimatum enim argentum viuum ob similitudinem totius substantiæ trahet secum partem spiritus aurifici, quem sulphur appellant. Quod veluti sulphur vulgare coctione & sublimatione tingit argentum viuum in colorem rubrum, & ex utroque fit cinnabaris, sic ex hoc auri spiritu & sublimato argento viuo fit sublimatum rubrum. Quod si non totus olei Spiritus cõscenderit, misce ei quod subsederit vasis imo nouum argentum viuum sublimatum & rursus sublima, & hæc eadem opera repete, dum totum ferè oleum in spiritum sursum feratur. Dixi, ferè, sces enim quedam impuræ subsidebunt, quæ vt inutiles abijciendæ sunt. Hi auri spiritus, & argenti vini est vera lapidis nostri Philosophici materia proxima, quæ sola coctione figitur, & in salẽ spiritualem fixum vertitur ijs caloris gradibus, quos præscripsimus posteriori nostro libello, de recta & vera ratione progignendi lapidis Philosophici, ad quem lectores relegabo.

xi. Superest paucis perstringere de accretione calcis argenteæ vel aureæ, olei argenti-fici vel aurifici & lapidis aurifici.

De accretione calcis, olei & lapidis Philosophici.

Cum primum igitur calx argenti vel auri In sese mutauerit argentum viuum ex metallis imperfectè mixtis eductum, vel argentũ viũ perfectissimè prius purgatum & sublimatum, rursus calcinanda est, eique admiscendum no-

Methodus augmentationis.

uum argentum viuum ab imperfectè mistis metallis prolicitum, aut sublimatum vulgare, & coctione prioribus caloris gradibus obseruata figenda. Nec dissimili ratione sublimatū argentum viuum fixum cum oleo argenti vel auri augetur quantitate, si calcinetur & in oleū vertatur, atque rursus nouum sublimatum admisceatur, & coctione figatur. Sic & de accretione lapidis Philosophici in sola quantitate iudicandum est, non secus ac grana frumenti sata augentur & propagantur in infinitum. Nec mirari quemquam oportet, si eandem materiam esse dixerimus accretionis calcis argenteæ & aureæ, quam & oleo & lapidis Philosophici, scilicet argentum viuum è corporibus imperfectis eductum aut vulgare sublimatum. Pluribus enim diuersarum specierum seminibus in terra iactis vnicum est alimentum quo crescunt & propagantur, & vnaquæque septies seminis attrahit in sequemutat alimentum. Sic & alimenta eadem vertuntur in corpora diuersarum specierum animalium, quæ ea depascuntur. Sic argentum viuum præparatum, est veluti alimentum tam calci argenteæ vel aureæ, quam vtrique oleo vel lapidi Philosophico. Et cui accrescit, illius naturam & substantiam & formam induit, tametsi vegetabilium & animalium alimenta, per eorum corruptionem & generationem mutantur: argentum autem viuum per mitionem.

Argentum
viuum præ-
paratum
hic velut
alimentū.

Sed

Sed non sola quantitate lapidis nostri Philosophici moles accrescit, verum etiam eadē viribus & facultatibus simul, scilicet si lapis Philosophicus iam in lucem editus rursus in oleum solvatur, quod rursus addito sublimato nouo argento viuo violento & præcipiti igne euehatur in spiritum, qui rursus prioribus caloris gradibus sensim figatur. Et quo pluries iterabitur opus, eo plus incrementi molis & virium ei accedet. In hoc ordine solutionis sublimationis & fixationis compleri ait Geber arcanum, quod est super omne arcanum scientiarum totius mundi, & thesaurum esse incōparabilem.

Cautela.

XII. Id quoque reliquum est, scilicet vt euidētissimis demonstrationibus probemus, mutationem argenti viui tam vulgaris, quam eius quod metallis est insitum, fieri per solam misionem non item per alias mutationes, & paulo vberius de eadem misione differere, quā in superioribus à nobis editis. Multa enim sunt, quæ aduersus hæc dici possunt. Primum enim omnis mutatio est autē in substantia, & appellatur ortus & interitus, seu generatio & corruptio: aut in qualitate, quæ vocatur alteratio, vel in loco, quæ propriè motus est, non autem mutatio. Igitur sub aliqua harū mutationum specie saltem trium priorum mutatio fiet argenti viui, & reliquorum metallorum in argentum vel aurum, non autem per misionem. Præterea cum dixerimus, au-

Mutatio-
nē argen-
ti viui &
imperfe-
ciē misto-
rum me-
tallorum
per solam
misionē
fieri, non
autē per
alias mu-
tationes.
Mutatio
in substā-
tia.
Mutatio
in qualita-
te.
Motus nō
propriè
mutatio.
Alteratio
quo respe-
ctu

Accretio.

Mutatio.

Mistionis
proprietates.

rum in calcem reductum, rursus fusione in aurum redire posse, huiusce mutationis species crit alteratio. Quod autem augeatur calx illa additione argenti viui erit accretio. Deinde cum vertetur aurum in calcem, calx in salē, sal in oleū, oleū in spiritum, rursus spiritus in calcem, hæc omnes mutationes dicentur sub generationis & corruptionis specie contineri. His & similibus, quæ obijci possunt respondemus ex Aristotelis & cæterorum omnium Philosophorum autoritate, mistionem esse, & sub mutationis genere contineri & ab alijs speciebus differre. Quod vt perspicuè magis intelligatur, animaduertendum est hæc in mistibilibus & mistione conuenire & concurrere, quæ non omnia in cæteris mutationibus conueniunt, nec concurrunt. Primum vt quæ miscentur, actu & per se separata sint, & subsistant priusquam misceantur: Hinc vt communis eorundem sit materia. Deinde, vt se tangendo & cum miscentur, agant & patiantur inuicem per qualitates principes contrarias. Item vt in mistione neutrum corrumpatur aut pereat, nec sese perimant, sed vtrumque alteretur, & agentis & patientis vires vtrinque infringantur, & ad certum temperamentum reducantur, vt hinc argenti & auri forma profiliat, agentis autem subiectum perficiat, patientis patiatur. Postremò, vt ex mistis alteratis consurgat corpus vnius formæ naturam vtriusque redolens, quod tamen nec agentis

agentis nec patientis sit subiectum prius, sed
 tertium quiddam. Idcirco definit Aristoteles
 mitionem esse mistilium alicuius corporum unio- Mistio A-
ristoteli
quid?
 nem. Quæ omnia de vera mitione intelligē-
 da sunt. Licet autem de simplicium corporum
 mitione, ex qua mistum corpus oritur, videat-
 ur dixisse Aristoteles, haberetamen maximè
 locum in mitione seminis nostri argentifici
 & aurifici & argenti viui, & metallorum, quæ
 iam mista sunt corpora, manifestum est. Pri-
 mum ea omnia per se actu separata sunt, &
 subsistunt ante eorum mitionem. Communè Comunis
omnium
metallo-
rum mate-
ria.
 etiam habent materiam. Sunt enim omnia ar-
 gentum viuum, sed aliud alio est perfectius: i-
 mò accidentariis tantum formis differre pro-
 bauimus. Contrariis etiam pugnant qualita-
 tibus. Semen enim calidum est & siccum, ar-
 gentum viuum & metalla, frigida & humida,
 si non actu saltem potestate, vt de medicamē-
 tis dicunt medici. Itaque cum se tangunt &
 miscentur, agunt & patiuntur inuicem. Tenui-
 tate etiam & crassitie essentia sunt contraria:
 semen tenue est, vt vim habeat subeundi par-
 tes argenti viui & metallorum, hæ verò cras-
 tissima, vt in hac qualitate metalli naturam re-
 tineat. Præterea in mitione neutra corrum-
 puntur, nec pereunt, nec sese perimunt, sed v-
 trumque alteratur. Post perfectam enim mi-
 tionem tinctura seminis argentifici & aurifi-
 ci conspicitur in argento viuo aut metallis
 mutatis, hæc autem mutata permanet argen-

tum viuum, vt ante miftionem fed definitum & concoctum. Sed & metalla mutata in argentum vel aurum, metalla permanent nec in mutatis illis genus metalli perit. Porrò infringuntur vires & facultates tam feminis seu tincturæ agentes, quam argenti viui & metallorum patientes & refiftentes, fed illud agendo perficit, hoc patiēdo perficitur. Poftremò quod ex hac actione & paffione confurgit miftum corpus, nec eft fermen aut argentum viuum, aut metallum tale, quale ante miftionem: fed tertium quoddam, fcilicet argentum vel aurum quod vnicam habet formam fubftantialem & accidentariam fcilicet argenteā vel auream. Et tertium hoc corpus naturam vtriusque quodammodo redolet. Hæc autem omnia in cæteris mutationis speciebus non conuenire, fenfus demonftrat. Quæ enim generant & corrumpunt, & quæ generantur & corrumpuntur actu quidem per fe fubfiftere poffunt ante generationem & corruptionem, vt ignis & lignum, at illorum non eft communis materia, fic nec animalium, nec alimētorum, quæ in ea mutantur: cum autem fele tågunt, ignis in lignum & alia in alimenta agunt, & nihil patiuntur, lignum autem & alimenta patiuntur tantum, nec refiftūt aut reagunt. Quod fi in agentibus illis repaffionem aliquā admittamus, ipfa fola hoc tempore inducerētur quo agunt: Ceffante autem repaffione ad priftinas vires redibunt, vt color animalis

animalis agendo in alimenta aliquid repatur, peracta autem coctione pristinas vires induit. Præterea quod corrumpitur perijt omnino, & ex ente fit non Ens. Quod item generatur non præexistebat, & ex non Ente fit ens. Lignum enim quod vstione fit ignis, corrumpitur & generatur ignis. Et fit, vt dicunt, resolutio omnium accidentium ad materiam primam, nec aliquod accidens conspicitur in genito, quod erat in corrupto, priusquam corrumpereetur. Quapropter non dicimus lignum misceri igne. Nec in vtraque generatione & corruptione vires aut qualitates generantis aut corruptentis & corrupti & geniti vtrunque infringuntur: sed illæ permanent, hæ pereunt. Nec ex actione corruptentis & generantis fit tertium vtriusque naturam redolens, sed vel corruptum mutatur omnino in generans, vt lignum in ignem & alimenta in corpus animalis, vel, si vires sint æquales, vtrunque perimitur & tertium generatur, quod ab vtriusque natura est alienum, vt in simplicibus corporib. cum ex aqua & igne resoluuntur in fumum & cineres, fit aer, & in mistis cum ab igne. Hæc enim resoluta pereunt, nec priorum accidentium quidquam manet. Eadem differentie est ratio in ea mutationis specie, quæ dicitur augmentatio seu accretio & in animalibus & vegetalibus etiam nutritio, à mutationis specie quæ dicitur mistio, quatenus eius quod auget aut nutrit spectatur mutatio. Corrupitur enim &

Alteratio
nis & mi-
stionis di-
crimen.

Mistio
substantia-
rum: alte-
ratio ac-
cidētium.

Vera mi-
stio quid?

Vera ac-
cretio
quid?

Etiam cal-
cis cum
argēto vi-
uo accre-
tio, non
propriè
accretio
sed mi-
stio.

quædam partialis generatio dicitur, sed quod augetur aut nutritur aut imminuitur idem permanet corpus post accretionem, nutritionem aut diminutionem, quod præexisteret. Discrimen autem inter alterationem & mistionem est, quod qualitates quæ alterant, sunt accidentia & nusquam per se seorsim subsistere possunt, sed semper substantiis inhaerent: idcirco non miscentur. At quæ miscentur substantiæ sunt separatæ, & seorsim subsistunt, ut semen argentificum vel aurificum & argentum viuum, & metalla imperfectè mista. Vera enim mistio est corporū, at temperamentum solarum qualitātū. Quod autem de argenti & auri accretione diximus, cum eorum calx miscetur argento viuo, ex imperfectè mistis metallis educto, aut ex vulgari paululū à frigiditate & humiditate arte vindicato, nō eò pertinet, ut de vera accretione intellexerimus, in qua idē corpus permanet post accretionē, quod præexisteret, sed quoniam hæc calx parum abest ab argenti & auri natura, & in ipsa quidē igne fusorio rediret, sed fragilia aliquatenus esset, propter humoris quidpiam exhaustum in calcinatione, quæ tamen faciliè ductilia fieret, iniecta argenti viui sublimati pauca quantitate in ipsa liquata. Sed etsi concedatur, mutationem hanc aliquā esse accretionis speciem, tamen magis ad mistionem pertinet, tum quod calx per alterationem diuersam quandam habet naturam, vi-
res &

res & qualitates ab argento & auro non alteratis, tum quod argentum viuum in mistione cum hac calce non corrumpitur, sed perficitur, & ex amborum mistione resultat quoddam tertium, quod neque calx est, nec argentum viuum, sed puluis qui fusione liquabitur in argentum vel aurum. Idem autem puluis coctione longiori & vehementiori, priusquam liquetur, calx fieri poterit. Quin ex iisdem omnino rationibus, quæ de accretione vtriusque calcis & olei in sola quantitate vel lapidis philosophici aut salis aurifici in quantitate & viribus simul diximus, magis ad misionem, quàm accretionem pertinent. At quæ mutatio est argenti viui & reliquorum metallorum, in argentum vel aurum, per auri oleum aut lapidem philosophicum verius & conspicuè magis per misionem fieri dicitur. Oleum enim & lapis Philosophicus longius ab argenti & auri natura absunt, quàm calx. Quod si mutationis eorum, quæ miscentur, trahenda sit ratio, priusquam misceantur, concedendū est mutationē argenti vel auri in calcē, oleum aut lapidem Philosophicū esse alterationem tantum. Quænamadmodum si argenti vini & reliquorum metallorum mutatio in argentum & aurum seorsim & sine misione sola, cogitatione comprehendatur sola erit alteratio. Sed post misionem perfectam non erit vtriusque sola alteratio, sed diuersorum alteratorum vnio sub-

Oleum & lapis Philosophicus longius ab argenti & auri natura quàm calx.

vnica misti forma.

Quomodo
intel-
ligatur &
qualitas
contrario-
rum qua-
litarum
in mistis.

His addam quæ ad mitionis tractatū per-
tinent, quæ etiam alio loco dicta sunt, scilicet
æqualitatem oportere esse contrariarum qua-
litarum principum eorum quæ miscentur, sci-
licet feminis argentifici aut aurifici & argenti
viui, & metallorum imperfectorum. Quam
æquabilitatem non magnitudine molis aut
pondere metiri licet, sed potestatis vi efficiē-
ti. Quod dilucidius demonstratione explican-
dum est. Corpora stateris pendere posse ne-
mini est dubium, & quæ plus minusue pen-
dent, oculorum id iudicio discernere. At qua-
litates primas, scilicet calidum, frigidum hu-
midum & siccum, quæ iisdem corporibus
insunt, stateris librare est impossibile. Sed
quantæ fuerint, sola potestate & efficiente iu-
dicatur. Itaque subiectum corpus tam causæ
efficientis, id est, argentum & aurum, aut quod
ex his alteratum est, quàm patientis, id est ar-
gentum viuum & metalla, trutina perpendere
licet, eorundem verò qualitates nequaquam.
Cum autem eadem causæ efficientis & patiē-
tis subiecta miscentur, non est necesse ipsa e-
iusdem esse molis & ponderis. Nam & sub-
stantiæ quatuor simplicem corporum, id est,
elementorum cum miscētur, vt ex ijs mistum
oriatur, non sunt æqualis ponderis aut molis.
Plus enim terre substantiæ inest auro, quod
ex grauitate dignoscitur, quàm aqueæ, minus
aeræ, quàm harum, minus autem igneæ quā
reli-

reliquarum. Sed tam simplicium corporum quam mistibilium, quæ rursus miscentur, qualitates contrarias gradibus æquales esse oportet, ut eadem subiecta ad temperamentum reducantur, ut puta si calx, oleum, aut lapis philosophicus vno gradu sint calida, sicca & tenuia, vno etiam gradu argentum viuum vulgare, aut metallis insitum frigidum, humidum & crassum esse oportet. Si illa pluribus gradibus caloris, siccitatis & tenuitatis intensis, validiora sint, pluribus etiam hæc gradibus contrariorum qualitatum, æqualibus tamen pugnare necesse est. Hoc temperamētum non ponderis sed iusticiæ solent appellare medici, ex subiecti tamen patientis mole & quantitate grauiori vel leuiori qualitates eiusdem maiores aut minores erunt in extensione, non autem in intensione. Ut puta si argenti viui vnius vnciæ gradus frigiditatis sit vnus, vnciarum duarum duo erunt gradus, si trium tres, & sic deinceps. Aliter autem se res habet in subiecto cause efficientis. Ex varia enim eiusdem præparatione, qualitas caloris, siccitatis & tenuitatis, etiam in vno vnius molis & ponderis subiecto plus minusve intendi poterit, idcirco vnius vnciæ lapidis philosophici longè plures & intensiores sunt gradus qualitatum agentium, quàm vnius vnciæ olei, & huius quàm vnius vnciæ calcis. Ut autem iusta sit proportio vtriusque subiecti agentis & patientis supponatur subiectum agens, ut calcem auri pondere vnciam

Temperamen-
tum non
ponderis
sed iusticiæ
Medicis quid
Extensio-
nis & inten-
tionis
differen-
tia

Iusta pro-
portio a-
gentis &
patientis

C

vnam, caloris autem siccitatis & tenuitatis gradus huiusce vnciæ esse tres, patientis verò subiecti vt argenti viui vnus vnciæ gradum vnum esse contrarium qualitatum. Miscenda erit vna vncia calcis tribus vnciis Argenti viui. Tot enim erunt gradus qualitatum agentium in vnica vncia subiecti agentis, quot patientium in tribus vnciis subiecti patientis. Quod si vnica vncia subiecti agentis centum, vel mille vel plures vel pauciores essent gradus qualitatum agentium, miscenda esset hæc vnica vncia centum vel mille vel pluribus vel paucioribus argenti viui vnciis. Sicitur æstimanda est æquabilitas qualitatum contrariarum. Sed huiusce proportionis certa non potest tradi regula: Sola experientia & oculorum iudicio decerni potest. Neque tamen quod dixerimus calcem, oleum, aut lapidem Philosophicum intensis qualitatibus caloris, siccitatis & tenuitatis præpollere, existimandum est ipsa à temperamento recessisse. Id enim comparatè dictum est, si argenti viui & metallorum imperfectè mistorum qualitatibus comparentur. Alioqui illa absolutè & simpliciter accepta temperatissima sunt & æquales omnes illorum qualitates & vires: idcirco ab igne non dissoluuntur: hæc verò ob intemperiem dissolutioni sunt obnoxia, nisi ad temperamentum argenti vel auri reducantur & percipiantur beneficio mitionis illorum.

XIIII. Illud quæri potest, An ex imperfectè mistis metallis possit prolici calx, sal, oleum, & ex oleo spiritus sublimari & figi, vt ex argento & auro fieri diximus. Et an eadem, misto argento viuo, & metallis imperfectè mistis, possint ea ad temperamentum reducere & perficere. Sanè illa prolici posse eadem arte, qua ex argento & auro, certum est. Sed ad temperamentum imperfecta reducere & perficere, est impossibile. Causa est, quod in solo argento & auro vis seu proprietas argentifica & aurifica insita est à natura, quæ à sola forma proximè proficiscitur. Hæc quæ de mitione differuimus, paucos aut neminem animaduertisse video, quibus tamen ignoratis aut prætermiſſis, haud facile erit Aduersariorum argumenta, hanc artem oppugnantia, eluere, & operi practico manum admoventes necesse erit, veluti cæcos incedere. Quæ enim aduersus artem hanc afferuntur argumenta similitudine mutationum, quæ conspiciuntur in animalibus & vegetabilibus, nituntur, quæ corrumpuntur, generantur, augentur, aut alterantur. At Argentum viuum, aut imperfectè mista metalla nec corrumpuntur, nec generantur, nec augentur, sed alterata miscentur & vniuntur subiecto causæ efficientis, & perficientis Argentificæ aut Aurificæ.

An ex metallis imperfectè mistis arte prolicita vim argentificam aut aurificam habeant.

Sola vis seu proprietas argentifica & aurifica in solo argento & auro insita.

Metalla alterata misceri & vni subiecto suæ efficientis causæ.



DE RECTA ET VERA RATIONE

PROGIGNENDI LAPI-

dis Philosophici, seu salis

argentifici &

aurifici,

DILVCIDA ET COMPEN-
diosa explicatio.



S A T I S, vt opinor, disputatum
est à nobis in vtramque partem
in Apologia nostra, an Argyro-
ropœia & Chrysopœia esset ars
vera, nec-ne: præterea euiden-

tissimis rationibus cõfirmatum est, materiam

argento & auro proximam, siue semen auri,

aut quod feminis argētei aut aurei vicem ge-

rit, esse argentum viuum, tam vulgare, quàm

quod reliquis corporibus metallicis inest:

quòdque sola egeat perfectione, à causa effi-

ciente & perficiente, in Argyropœia & Chry-

sopœia. Hanc autem causam efficientem præ-

cipuum diximus esse Argyrogoniam & Chry-

fogoniam, ignem verò externum adiutricem:

sed perfunctoriè quidem de vtraque causa ef-

ficiente à nobis est disputatum. Quum autem

Materia

au o & x-

gēto pro-

xima, siue

semen au-

ri, est ar-

gentū vi-

uum.

Causa ef-

ficiens est

argyrogo-

nia & chry-

fogonia.

Ignis cau-

sa adiuuās

externē.

C 3



DE RECTA ET VERA RATIONE

PROGIGNENDI LAPI-

dis Philosophici, seu falis

argentifici &

aurifici,

DILVCIDA ET COMPEN-
diosa explicatio.



ATIS, vt opinor, disputatum
est à nobis in vtramque partem
in Apologia nostra, an Argyro-
ropœia & Chrysopœia esset ars
vera, nec-ne: præterea euiden-

tissimis rationibus cõfirmatum est, materiam

argento & auro proximam, siue semen auri, Materia

aut quod feminis argētei aut aurei vicem ge- au o & ar-
gēto pro-

rit, esse argentum viuum, tam vulgare, quàm xima, siue

quod reliquis corporibus metallicis inest: semen au-
ri, est ar-

quodque sola egeat perfectione, à causa effi- gentū vi-

ciente & perficiente, in Argyropœia & Chry- uum.

sopœia. Hanc autem causam efficientem præ- Causa ef-


cipuam diximus esse Argyrogoniam & Chry- ficiens est

sogoniam, ignem verò externum adiutricem: argyrogo-

ed perfunctoriè quidem de vtraque causa ef- nia & chry-

ficiente à nobis est disputatum. Quum autem sogonia.

C 3





DE RECTA ET VERA RATIONE

PROGIGNENDI LAPI-

dis Philosophici, seu salis

argentifici &

aurifici,

DILVCIDA ET COMPEN-
diosa explicatio.



AT IS, vt opinor, disputatum
est à nobis in vtramque partem
in Apologia nostra, an Argyro-
ropœia & Chrysopœia esset ars
vera, nec-ne: præterea euiden-

tissimis rationibus cõfirmatum est, materiam
argento & auro proximam, siue semen auri, Materia
au o & æ-
gêto pro-
xima, siue
semen au-
ri, est ar-
gentû vi-
uum.
aut quod feminis argêtei aut aurei vicem ge-
rit, esse argentum viuum, tam vulgare, quàm
quod reliquis corporibus metallicis inest: causa ef-
ficiens est
argyrogo-
nia & chry-
sogonia.
quòdque sola egeat perfectione, à causa effi-
ciente & perficiente, in Argyropœia & Chry-
sopœia. Hanc autem causam efficientem præ-
cipuam diximus esse Argyrogoniam & Chry-
sogoniam, ignem verò externum adiutricem: Ignis cau-
sa adiuuâs
externæ.
sed perfunctoriè quidem de vtraque causa ef-
ficiente à nobis est disputatum. Quum autem

Materia à
natura in-
cohata &
imperf-
ta reli-
cta, artifi-
cis manu
requirit,
vt perfici-
atur.

argyrogonia & chryfogonia, vt causa efficiens præcipua, præstantior & nobilior fit materia, quàm sit ipsa eadem quam informat & perficit, nec illam natura perfecit, sed tantum inchoatam reliquerit, Artificis manum veluti ministram expectat: De illa inquam, luculentius differere & definire, quàm in Apologia nostra, apud me constitutum est vt stipulationi à me sponte contractæ, sub finem eiusdem Apologiæ, aliqua ex parte satisfaciam.

Hoc autem eo lubentius aggredior, quòd videam plerosque labores multos atque infinitos, non sine magnis sumptibus impendere, experiendo quæ passim & vt plurimum sine ratione, scriptis tradita sunt ab his qui artem hanc profitentur, & tandem ex tantis laboribus nihil aliud quàm versuram facere. Quorum omnium me miseret, eosque à via aberrantes, in rectam reuocare officiosum esse putavi. Ex tantis enim laboribus nullos laboriores & faciliores, & minorum sumptuum demonstrabo, quàm qui in quærenda vestigandaque argyrogonia aut chryfogonia (quam nunc lapidem philosophorum, aut salem argentificum aut aurificum appello) à viris piis bona fide impensi sunt, aut impenduntur. Quo circa, vt in Apologia diximus, in huiusce salis artificis inuestigatione, cæteris omnibus explosis, chrysopræiæ studiosos omnem operam collocare oportet.

Chryfogo-
nia & Ar-
gyrogo-
nia inue-
stigatio,
faciles la-
bores, &
paruos su-
perius re-
quirit.

Sed

Sed ne frustra in ipsius inuestigandi & perficiendi ratione laborare videamur, propius quærendum est cur salem aurificum nominemus, cur etiam hac vi aurifica prælitus, argentum viuum vulgare, aut quod metallis inest, in verissimum aurum perficiat. Hæc igitur est ratio & causa. In omni corpore misto, quatenus sola mitionis ratio habetur, plures & variæ substantiæ, artis ministerio, proliciuntur, quæ generaliter in duas secantur, scilicet in humidam & siccam, quod ex aqua & terra earum materia potissimum constet, quamuis ignis & aëris substantiis etiam consent: sed humida substantia veluti aqua in vaporem aut exhalationem, igne agente, rarefcit, & eleuatur: sicca verò substantia velut terra subsistit & fixa est. Rursus vtraque substantia bifariam distribuitur. Quæ enim humida est, altera est aquea, aquæ qualitates referens, scilicet frigiditatis & humiditatis: altera aërea seu oleaginea, aëris qualitates referens, scilicet humiditatis & caloris: quin & vtraque tenuitate & crassitiæ distinguitur: quæ enim plus terræ obtinet, crassior est, quæ minus, tenuior: non enim pura est aquea substantia, sed etiam aliorum elementorum, scilicet aëris, & ignis substantiâ constat. Sicca etiam in puram & tenuem & impuram & crassam cecernitur. Pu-

Cur lapis Philosophicus sal aurificus appellatur.

Ex corporibus mixtis plures substantiæ arte proliciuntur. Corpus mistum ex humido & sicco constat.

Humidum duplex, aqueum & oleagineum.

Siccum duplex, purum, ut sal: impurum, ut fixum.

Materia à
natura in-
cohata &
imperfe-
cta, artifi-
cis manu
requirit,
vt perfici-
atur.

argyrogonia & chryfogonia, vt causa efficiens præcipua, præstantior & nobilior fit materia, quàm sit ipsa eadem quam informat & perficit, nec illam natura perfecit, sed tantum inchoatam reliquerit, Artificis manum veluti ministram expectat: De illa inquam, luculentius disserere & definire, quàm in Apologia nostra, apud me constitutum est vt stipulationi à me sponte contractæ, sub finem eiusdem Apologiæ, aliqua ex parte satisfaciam.

Hoc autem eo lubentius aggredior, quòd videam plerosque labores multos atque infinitos, non sine magnis sumptibus impendere, experiendo quæ passim & vt plurimum sine ratione, scriptis tradita sunt ab his qui artem hanc profitentur, & tandem ex tantis laboribus nihil aliud quàm versuram facere. Quorum omnium me miseret, eosque à viâ aberrantes, in rectam reuocare officiosum esse putavi. Ex tantis enim laboribus nullos laboriores & faciliores, & minorum sumptuum demonstrabo, quàm qui in quærenda vestigandaque argyrogonia aut chryfogonia (quam nunc lapidem philosophorum, aut salern argentificum aut aurificum appello) à viris piis bona fide impensi sunt, aut impendentur. Quo circa, vt in Apologia diximus, in huiusce salis artificis inuestigatione, cæteris omnibus explosis, chrysopæiæ studiosos omnem operam collocare oportet.

Chryso-
gonia & Ar-
gyrogo-
nia inue-
stigatio,
faciles la-
bores, &
paruorum
sumptuum
requirit.

Sed

Sed ne frustrâ in ipsius inuestigandi & perficiendi ratione laborare videamur, propius quærendum est cur salem aurificum nominemus, cur etiam hac vi aurifica prælitus, argentum viuum vulgare, aut quod metallis inest, in verissimum aurum perficiat. Hæc igitur est ratio & causâ. In omni corpore misto, quatenus sola mitionis ratio habetur, plures & variæ substantiæ, artis ministerio, proliciuntur, quæ generaliter in duas secantur, scilicet in humidam & siccam, quod ex aqua & terra earum materia potissimum constet, quamuis ignis & æris substantiis etiam consent: sed humida substantia veluti aqua in vaporem aut exhalationem, igne agente, rarefcit, & eleuatur: sicca verò substantia velut terra subsistit & fixa est. Rursus vtraque substantia bifariam distribuitur. Quæ enim humida est, altera est aquea, aquæ qualitates referens, scilicet frigiditatis & humiditatis: altera ærea seu oleaginea, æris qualitates referens, scilicet humiditatis & caloris: quin & vtraque tenuitate & crassitiæ distinguitur: quæ enim plus terræ obtinet, crassior est, quæ minus, tenuior: non enim pura est aquea substantia, sed etiam aliorum elementorum, scilicet æris, & ignis substantiâ constat. Sicca etiam in puram & tenuem & impuram & crassam cecernitur. Pu-

Cur lapis Philosophicus sal aurificus appellatur.

Ex corporibus mixtis plures substantiæ arte proliciuntur. Corpus mixtum ex humido & sicco constat.

Humidum duplex, aqueum & oleagineum.

Siccum duplex, purum, vt sal: impurum, vt fax.

ra enim & subtilis salis naturam & nomen obtinet, partim terræ qualitatem, scilicet siccitatem, partim ignis, scilicet caliditatem referens: Impura verò & crassa est veluti reliquarum substantiarum sæx, quæ calore igneo eccellente in vitrum mutatur. Has omnes substantias varias reipsa facillimè secerni conspiciamus è corporibus debilioris missionis, quæque heterogeneis constant partibus, vt lignis, ægerrimè verò è corporibus vniformis missionis, quæque similaribus constant partibus. Quum enim exuruntur, exsudat humor quidam alimentarius, qui aqueus est & tenuis: abolitâ flammâ, in carbone continetur partim aquea, partim oleaginosa substantia, sed vtraque crassior: secretis his substantiis, reliquus est cinis, ex quo per lixiuium educitur & percolatur sal: calore enim agente, aqua lixiuij in vaporem abit, & quod in vasis subsidet terreum, gustu falsuginosum esse deprehenditur. Educto autem sale, qui superest cinis, ille est, qui in vitrum liquatur, calore igneo agente. Hunc cinerem, per translationem, terram mortuam & crassam appellant, quòd nullis prædita sit facultatibus. Reliquas verò sperituosas, tenuissimæ essetiæ, & veluti viuas, quæ admirabiles agendi facultates obrineant. At verò harum omnium efficacissima est salis substantia, seu agendi facultatem spectemus: est enim sal igneæ naturæ, ob calorem præsertim, vt qui igne diuturno & vehemèti proliciatur: seu

Corpora
heteroge-
nea & de-
bilioris
missionis
facile in
varias se-
parantur
substantias.

Terra
mortua.

Salis sub-
stantia o-
mnium ef-
ficacissi-
ma.

feu patiendi potestatem consideremus, est enim
 terreæ naturæ, quæ vi ignis non superatur: seu
 tenuitatem substantiæ eiusdem salis intueamur, Sal tenuis
est substan-
tiz.
 quod à fæce terrea impura & crassa vindica-
 tus sit: idcirco penetrat & subit partes solidas. Penetrat
partes so-
lidas.
 Hæc igitur est causa propter quâ solo sale au-
 rifico egeamus. Quippe quod in illius substan-
 tia insita sit vis & facultas ignea, quæ argenti
 viui indefinitâ humiditatem coercet, & tempe-
 rat, terrea item & fixa, quæ eandem sistit, in-
 spissat & fugit, metalla quoque reliqua in au-
 rum perficit: tandem verò eadem aureo in-
 trinséco calore fixo tingit: sal enim terra est
 purissima, & corporum omnium mistorum
 color est ex terreo purissimo, subtiliter misto
 & vnito hinc appellata est hæc ars Alchimia.
 Ἀλχημεία enim Græca voce sal est, & χυμια fusio:
 quasi finis huiusce artis non sit alius, quàm
 docere qua via & ratione sal aurificus fusilis
 cõficiatur: Quod Chrysippus Farnianus assécu-
 tus videtur. Experimento autem didicerunt
 eiusdem artis authores, magnâ vim sali inesse.
 Aqua enim acris quæ distillatione à sale petræ
 & calchanto arte prolicitur (quæ nihil aliud
 est quàm subtilitas eorundem) argentû viuum
 concoquit, & in colorem subcroceum, calore
 agente sistit, quem præcipitatum vocant: at
 non figit perpetuò, quod aqua fixa non fit: sed
 puluis seu sal noster aurificus, quum omnem
 vim ignis telleret, nec minùs, imo valentius
 quàm aurum eidem resistat, perpetua fixatione

Argētum
 viuum præ-
 cipitatum.

42 DE RATIONE PROGIGNENDI

Sal aurificus
figit,
argentum
vium.

Natura sa-
lis aurifici
est spiri-
tuosa & i-
gnea.
Effectus i-
gnis.

Sal ex ære
& ferro e-
ductum,
argentum
in aurum
mutat.

praxis.

figit argentum viuum, vt in posterum ad ignis
vi tutū sit, nec rareseat, nec in vaporē habeat:
nec mirum est tantā vim huic sali inesse, quip-
pe quod ab ignaua, imbecilla atque humida
natura, necnon & crassa, terrea atque impura
vindictus, in spirituosam & igneam naturam
nobilitatus sit: & quum in eo dominium ignis
habeat, celerrimè penetret, & argenti viui par-
tes intus subeat, & in impuris metallis effectus
ignis producat, qui sunt, purgare, heterogeneas
partes excernere, humidum interminatum
definire, & ad æqualitatem reducere, atque iis
de causis reliqua metalla in aurum perficere:
hinc magnus apud Medicos vsus est salium,
quos propterea in tanto simplicium variorum
aceruo, in remediōrum compositionibus, iis
vti quis non scit? Quid? nonne qui sacris his
initiantur, norūt vi salium ex ære & ferro arte
prolicitorum argentū purgare, & indefinitum
illius humidum definire, & in aurum verissi-
mum perficere? Conficitur enim malagma ex
auro & argento, cum emundato argento, viuo
& exprimitur in corio pars argenti viui, quæ
perfluit, & qui relictus est globus, his salibus
chrysocolliâ, additâ, obuoluitur testaceo in va-
se hinc primum imbecillo calore, deinde pau-
latim aucto concoquitur, & tandē vehemen-
tiori igne liquatur: quod imo vasis testacei sub-
sidet, regulum appellant, & est massa quædam
solida, quæ regio, scilicet cæmenti, examini ex-
posita purgatur, & quod superest totum est
aurum:

aurum : sic argentum mutatur & perficitur in aurum. Nec aliunde huiusce perfectionis causa proficiscitur, quam à qualitate salium æris & ferri, quanquam etiam aurum & argentum viuum adiuuent: sed nihili æstimandi sunt hi sales, si cum sale nostro aurifico comparentur, de cuius vi & facultate plura paulò pòst.

Nunc igitur salis huiusce aurifici, vel lapidis aurifici, vel lapidis philosophici rationem aggrediemur. Natura enim sola, nisi arte adiuta

Natura
nisi arte
iuuetur,
nō potest
lapidem
præstare:

eo potiri nobis denegauit. Equidem à perito artis, qui coram edoceret, solidius demonstra-

ri, quàm rationibus confirmari, posset: hæc enim ars ex iis est, quæ non nisi oculorum &

cæterorum sensuum testimonio fidem faciūt, quum effectus salis aurifici reipsa demonstrā-

tur. Verum quum pauci sint qui artis præceptiones didicerint, pauciores qui eam scriptis

verè & appertè tradiderint, paucissimi aut nulli qui reipsa demonstrare velint: alium-

de præceptores accersendi sunt, qui non solum artis præceptiones edoceant, sed &

de omnibus quæ à plerisque scriptis tradita sunt, verè discernere & dijudicare demon-

strent. Præceptor est Natura, in cuius viis, operumque illius contemplatione in-

Natura
huius ar-
tis præ-
ptor.

cumbentes, nusquam à recta via aberramus, præsertim in inuestigatione & perfe-

ctione salis nostri aurifici: sed ipsa natura manum artificis exposcit, quæ ei subministret materiam, ipsa autem agat. Pri-

44 DE RATIONE PROGIGNENDI

Ordo di-
cedorum.

mum igitur in Naturæ opera incumbemus, si causas, ordinem & modum solius naturæ in corporum nostrorum procreatione generaliter contemplati fuerimus. Deinde in quib. naturam imitari possumus, in quibus verò nō, dixerimus: hinc quæ sint artis partes, postremò methodum & modum agendi apertè declarauerimus: hæc sunt quæ ordine tractanda proposui.

De causis
rerum na-
turalium.

De causis naturalibus solis ortus aut interitus corporum naturalium, & cæterarum mutationum eorundem, pauca dicam, quandoquidem hæc è phisicis fontibus haurienda sunt, & quædam in Apologia nostra attigimus. Id solum repetam. Materiam ex qua aliquid fit, & causam efficientem, à qua fit, potissimum desiderari: illam pati, vt formam suscipiat: hanc agere, & formam eidem insculpere, tanquam sculptorem lapidi, & sigillum ceræ figuram. Diutius igitur in causarum naturalium cognitione non immorabimur: sed propiùs ordinem & modum agendi naturæ contemplabimur: Hæc enim operi nostro plurimum inferuiunt.

Materia
& causa
efficiens
in arte po-
tissimum
desiderā-
tur.

Ordo &
modus a-
gendi na-
turæ.

Vniuersa
& æquiuo-
ca.

Intuentes igitur acutissimè ordinem naturæ, quem seruat in tota hac rerum diuersitate, quas procreat, videmus primùm ipsam vniuersis generationibus, ex aliquo corrupto semen gignere, in æquiuocis autem corpus, quod seminis vicē gerit, postremò vtrumque perficere: Atque hic ordo est Naturæ inuiolabi.

labilis. Plantæ enim pleræque & perfecta animalia, semen prius proferunt, quod deinde perficiunt. Cœlum & astra compositum ali-
 quod corpus corrumpunt & putrefaciunt: & ex putrefactione producit corpus quoddam humidum, quod est veluti seminarium, cui inest proportio quædam cælestis caloris, quo idem ipsum perficitur: sed & metallorum & mineralium, & omnium quæ in venis terræ gignuntur, materia proxima ex corruptione alterius præcedentis gignitur, quæ postea à causa efficiente perficitur.

Cœlum & astra, vt semen producant.

Sunt autem longè diuersæ ortus & interitus, seu generationis & corruptionis species, à perfectionis specie, quod maximè animaduertendum est, quòdque totum huius operis arcanum detegit. In omni generatione, cui comes est perpetua & indiuidua corruptio, corpus ex quo semen producit, non totum mutatur in semen, sed portio purior. Plantæ & animalia ex alimentis semina sua proferunt: semen enim omne excrementum est vtile alimenti: sic corpus ex cuius corruptione animalia gignuntur, non totum in seminarium animalium mutatur, sed portio quædam & quædam ignis è ligno generatur, tota ligni substantia in ignem non vertitur, sed aërea tantum portio: aquea autem substantia euanesceat, & terrea subsidet, vt cinis. Preterea est generatio substantiæ, quæ prius non erat, siue à non ente ad ens. In corruptione corporis misti fit resolutio

Differentia generationis & corruptionis, à perfectione.

Semen quid.

Generatio est à non ente ad ens.

Solutio ad
primam ma-
teriam.

In perfe-
ctiōe quid
fiat, quid
verò non.

Obiectio-
nes.

substantiarum ad primam materiam id est, ad elementa ex quibus mistum concretum erat : at in generatione fit eorundem secretorum mistio : At quum semen, aut quod vicem seminis gerit, perficitur, nihil ex quantitate seminis deperit ; imò plerumque augetur. Ouum enim quum excluditur, fracto patamine, nihil relinquit in cortice, sed totum mutatum reperitur in pullum, semina animalium quum perficiuntur, nihil eorum substantiæ deperit, imò augentur. Seminis substantia quum perficitur, eadem est, quæ prius erat, nec fit mutatio non Entis ad Ens. In perfectione nulla fit resolutio aut secretio substantiarum ; sed omnes persistunt sine intertrimento, licet mutantur, ut in ovo, quum ex eo fit pullus : In summa generatio & corruptio & perfectio, ad diversos fines diriguntur.

Scio multos aduersus sententiam hanc insurrecturos, negabunt enim semen perfici, sed corrumpi, & ex corrupto semine generari animal. Quum enim generatur animal, prius non erat, & quod fuerat prius semen corrumpitur, & iam non est. Hinc celeberrima illa quæstio agitata est, An in semine sit anima canis, quæ illius est forma, sitne actu, an potestate tantum, & an eadem animalis sit seminis forma, & alia eius qui ex eo semine gignitur, scilicet

scilicet canis, an verò in utroque eadem <sup>Fernelij
sententia.</sup> anima aut forma sit. Fernelius Ambianensis ille summus philosophus & medicus, sub persona Eudoxi, aduersus Brutum disputans, libro priore de abditis rerum causis, multis rationibus & argumentis contendit, in materia neminimum quidem formæ præexistisse, sed ubi ad summam præparationem ventum fuerit, statim & momento formam extrinsecus accedere, veluti quadam ineuitabili necessitate. Hanc opinionem Iulius Scaliger subtilissimus philosophus, ambitiosam nimis arguit, & euidentissimis rationibus, atque ex auctoritate Aristotelis Animam aut formam canis esse actu in semine canino confirmare videtur, & semen caninum esse canem imperfectum, perfici autem semen ab anima, seu forma canis, quæ est præcipua canis substantiæ pars veluti causa efficiente.

Iul. Scaligeri
sententia.

Hanc canis formam seu animam sensibus <sup>Forma
quomodo
percipia-
tur.</sup> functiones non percipi, sed ratione per intellectum: sic & in ouo auis formam esse actu, sed ouum autem esse imperfectam, nec corrumpi ouum, dum gallina ouis incumbat, sed <sup>Authoris
sententia.</sup> perfici: sic in cæteris feminibus. Quod si mihi in tam pugnantibus celeberrimorum virorum sententiis, meam interponere licet, <sup>Forma cõ
sideranda.</sup> existimarem dicendum, formam actu priori aut posteriori considerandam esse.

Prior formam ipsam constituit, actus enim

Forma
quomodo
sit in se-
mine.

Anima ho-
minis. ut
ei infun-
datur.

forma est, quæ inchoata aut imperfecta dici non potest quippe quod substantiæ magis aut minus non recipiat, ut in phisicis confirmatur. Posterior verò actus formæ actiones & functiones exercet. Catulus nondum generat, canis tamen est actu: at quum ætate perfectiori fuerit, semen generabit, sic in semine formam esse actu priori, posteriori minimè, dicendum erit. Sed tum demùm quum perfectum fuerit semen posteriorem adijci neque propterea formam esse imperfectam, sed semen aut compositum. Quod autem obiicitur, quum canis ex semine gignitur, generationē esse, non enim antè erat canis, & semen desinere esse semen, quam antea fuisset, sic diluendum est: substantiam canis non generari, sed accidens, seu actum substantiæ canis posteriorem, quæ non sit vera generatio. Actus enim ille posterior proprietas & accidēs est, quod nondum erat in semine priusquam canis esset, sed substantia dici non potest, quod substantiæ acci lat, neque per se subsistere possit: Sic quum canis crescit, formam aut materiam canis non crescere, sed canem integrum. Magni profectò momenti hæc est quæstio, etiam in proposito negotio salis nostri aurifici, uti mox subiungemus. Nam tametsi ex numero generationum æquivocarum sit, nihilominus idem quod in yniuocis iudicandum est. Attramen in vñum omnes consentiunt & conspiciunt. Animam rationalem hominis antea in semine

femine actu non fuisse, sed à Deo creatam, & extrinsecus fœtui infundi, & immortalem esse: quæ sententia verissima est, & extra omnem controuersiam. Idcirco Scaliger tres <sup>Genera-
tionum or-
dines.</sup> generationum ordines statuit: vnā vniuocam, cuius parentes sunt causæ efficientes, sibi-
bique similes producant: Aliam æquiuocam, cuius parens est cœlum & astra, nec sibi similia producant, & animam rationalem hominis, cuius solus Deus creator est, quæ quum infunditur, cæteris animabus, quæ erant in semine, videlicet, vegetabili & sensitiua abolitæ, vnica supersit, idque ex Theologorum sententia. Hinc perfectio definiri potest, vt sit E-
ius quod iam est in rerum natura & actu priori, ad posteriorem actum promotio, vt quum ex semine canino fit canis. Perfectio autem <sup>Perfectio-
nis defi-
nitio.</sup> omnis dicitur aut simpliciter aut comparatè: Itaque semen simpliciter dictum, perfectum est, cōparatè verò imperfectum. Rursus comparata perfectio est, vel substantiarum adinuicem, vel earum ad accidentia, vel accidentium ad accidentia, vt in simplicibus corporibus, ignis substantia perfectior est substantiâ aëris, quod in igne sit plus actionis: sic & aër, aqua, & aqua est terrâ perfectior. In mixtis corporibus homo est perfectior bruto: brutum verò plantâ est perfectius, planta inanimis corporibus perfectior: sed & omnis substantia accidente perfectior est, & accidentia alia aliis perfectiora: Calor frigore perfectior

<sup>Distin-
ctio.</sup>

D

Finis per-
fectionis.

est, frigus humido, humidum autem sicco; perfectius. Finis autem perfectionis & scopus alius est vt perfectam agendi facultatem acquirat, quæ prius illi non inerat, vt animal quum potest, semen generat: Alius, vt perfecta patiendi facultate potiatur, vt vir perfectæ ætatis perferendis laboribus potentior est infante: sed hæc patiendi potentia inanimis corporibus magis propriè conuenit, quàm animatis: hæc enim agendi potiùs quàm patiendi; illa patiendi potiùs quàm agendi munere funguntur, & definiuntur.

Gradus
perfectio-
nis

Gradus etiam sunt perfectionis: vir enim ætate perfectâ generat: at nec infans, nec senio iam confectus: neque tamen hosce perfectionis gradus in forma constituimus: non enim anima infantis per se plus, minùsve agit animâ viri: sed per actum posteriorem, qui est proprietas & accidens, acutiùs aut hebetiùs agit. Hæc omnia maximè animaduertenda sunt.

Modus
perfectio-
nis.

Modus verò perfectionis orti iam à natura feminis, concoctione explicatur: Est enim concoctio, auctore Aristotele, perfectio à naturali calore, ex oppositis patibilibus: patibiles autem qualitates sunt subiecta cuique rei materia vt semen. Huiusce concoctionis tres

Concocti-
onis tres
species

sunt species: Pepansis siue maturatio, quæ est humoris in humido semine existentis & indefiniti, à calore naturali concoctio facta. Epse-
sis, seu Elixatio, quæ est humoris intermina-
ti, qui est in humido semine, ab humido ca-
lore

lōre concoctio.

Optesis, seu affatio, quæ est eiusdem humoris interminati à calore sicco concoctio. Hæ omnes concoctiones tam à natura, quàm arte fiunt: sed pepansis magis est à natura, reliquæ ab arte: propriè autem metaphoricè, seu per translationem, dicuntur: qui plura his desiderabit, Aristotelem consulat, libro meteorologicorum quarto. Modus autem hic agendi, perficiendi & concoquendi plantarum & animalium semina, soli naturæ cognitus est. Illius enim naturæ seu animæ instrumentum calor est naturalis qui elemento stellarum, proportionem respondet, quem ars imitari non potest: Aliter autem se res habent in inanibus corporibus, quæ solam missionis rationem habent, ut in semine salis nostri aurifici, & metallis perficiendis, ut in Apologia demonstrauimus, & posthac magis erit, Deo iuuante, perspicuum.

Modus cō
coquendi
naturalis.

His ita explicatis in operibus quæ sola natura ex sese, nullius artis ope, profert: deinceps quærendum est an eorum omnium habenda sit ratio, tam in salis nostri aurifici, quàm auris procreatione, quæ non à sola natura fit, sed arte adiutrice eidem subministrante. Tum in quibus naturam ars imitatur, in quibus verò non. In his igitur Ars Naturæ sequitur vestigia. Sicut Natura sine materia aut subiecto nihil agit, sic nec ars.

Ars in
quibus na-
turæ imi-
tatrix,

D 2

Materia

In omni enim opere, tam naturę quã artis, primum Materia queritur. Hęc autem Materia, aut est remota, aut est proxima, quę semen est, aut quod obtinet vicem seminis, seu eius locum : sed remotum ad proximum reduci oportet, quod perinde est, ac si dixerim, ex ordine naturę semen prius generandum esse, sic & ars non materiam quamlibet, sed proximam querit, id est, semen tam salis aurifici, seu lapidis Philosophici, quàm auri perficiendi : nec semen sufficit, sed causa efficiente opus est, quę vel formam materię insculpat, id est, semen generet, in quo est forma, vel ipsum eadem perficiat : Sic femine salis aurifici, vel auri quęsito, ars inuestigat causam efficientem naturalem propriam, quę ipsum perficiat : finis naturę est forma, vel orti seminis perfectio, sic & finis artis. Modus naturę in perficiendo femine est *Pepansis Ephesis* & *Optesis* : modus artis est species *Ephesis* & *Optesis*. At in his

Ars naturę in quib. non sit imitatrix.

Ars Naturam imitari non potest : Natura enim aurum productura, materiam propriam in mineris profert, quę est auri semen, quod est ex Aristotelis opinione, vapor mixtus terreo subtili. Vapor hic, aut si quid aliud, (non enim inter se consentiunt de materia) aut subiectum aut semen non est, nec esse potest, ut ex eo aurum producat, sed aliud habet semen ex naturę sinu depromptũ. Natura generat semen, deinde ipsum perficit : Ars nec genera-

generare nec perficere potest, sed iuuare ut perficiatur. Natura enim causa est efficiens præcipua, ars tantum adiutrix. Naturæ in periciendis metallis causa efficiens, ex Aristoteli decreto, est frigidum & siccum. Artis causa efficiens est calor. Natura nusquam sola sal aurificum produxit, nec producere potuit, quod igneo calore non utatur. Ars naturam adiuvat, ut à causa efficiente naturali sal aurificum producat.

Natura longo temporis spatio aurum generat in minis, at reliqua metalla & argentum viuum, quæ sunt auri semen, natura, aut quod ex re naturali ortum habet, scilicet sal aurificus fusilis, perficit in momento per projectionem, igne adiuuante, qui & naturalis est: sed Artis auxilio in conficiendo sale illo aurifico opus fuit.

Artis igitur partes sunt semen inuestigare, Artis partem salis nostri aurifico, seu lapidi philosophi-tes quæ. tam salis nostri aurifico, seu lapidi philosophico, quam auro perficiendo proprium. At utrumque naturæ liberalitas nobis vtrò obtulit, & habemus in manibus. Aurum enim & argentum viuum suum, ut mox subiiciam, sunt semen salis aurifici: & argentum viuum & metalla reliqua sunt semen auri: At illa salis aurifici & auri semina natura imperfecta Semen lapidis & auri, quodam. reliquit, nec vtrà progressa est, sed ars eandem adiuvat naturam, ut perficiantur. Nec Naturæ liberalitas. minori liberalitate natura, sed veluti prodiga, causam efficientem donauit, quam semina:

54 DE RATIONE PROGIGNENDI

Hæc enim causa efficiens est ignis & calor externus, certa tamen proportionem & determinatis gradibus caloris in progressum operis administrandus. In omnibus enim corporibus minimis, quæ sola mixtione perficiuntur, causa generalis efficiens est ignis: Atque hic ignis naturalis est, neque longius inuestigandus, sed eum, ut semina, etiam in manibus habemus. De naturæ igitur liberalitate, quæ semen & causam efficientem protulit, nobis non erit conquerendum, sed de turpi nostra ignoratione, si idem semen perficere ignorauerimus. Sed quemadmodum perfectionis, seu actus posterioris, qui à sola est natura, in semine iam orto, finis & scopus est varius, sic in semine nostro salis aurifici, aut semine auri perficiendo, finis est diuersus. Finis enim seminis in sale aurificum perficiendi est, ut agendi facultatem ei comparemus. Aurum enim, quod est pars eiusdem seminis, est imperfectum, nec agit in argentum viuum aut metalla, nec ea perficit, sed ita demum quum in sale aurificum perfectum erit. Finis autem argenti viui & reliquorum metallorum perficiendorum in aurum est, ut patiendi potestate potiantur. Ipsa enim sine sale aurifico in aurum perficiente, ab igne corrumpentur, & partim in fumum, partim in facem abirent. Modus autem in genere, quo hæc semina perficiuntur, sunt scilicet Epthesis & Optesis, quæ non proprie, sed per metaphoram & translationem,

ut

Finis perfectionis varius est.

vt dixi appellantur.

Humidum enim horum seminum indefinitum & interminatum concoctione, partim à calore humido, partim à calore sicco definiunt, & posteriorem actum sibi arte adiutrice comparant. Longè autem plus artis est in perficiendo semine salis aurifici, quàm in perficiendis metallis aut argento viuo in aurum, Sola projectione metalla per lapidem igne iuuantur perfici. Hæc enim sola projectione eiusdem salis aurifici, statim igne agente in aurum purissimum perficiuntur. Argentum enim viuum metallorum purgatur, & impura sæx ab eo discernitur, & eiusdem argenti viui metallorum, nec non argenti viui vulgaris humidum interminatum & indefinitum concoquitur & terminatur, & sic transit in aurum.

At semen salis nostri aurifici, longiori labore & temporis spatio, vt perficiatur, indiget. De modo agendi vberius paulò post Deo benedicente, dicam, quum praxim integram patefaciam. Sed cur aurum sit semen salis nostri aurifici, at non solum, sed pars eius, & cur ei admisceatur argentum viuum, nunc etiam disputandum est.

Sanè aurum præcipuam esse seminis partem necesse est. eum probauerimus finem alterum Auro cur iungatur in opere: Chrysopœiæ esse auri in salem mutationem, quod & omnium, qui veriùs & seriò in eadem versati sunt, autoritas suadet, ratio confirmat. Solum autem aurum non esse seminis nostri materiã, vel ex eo cõstat, quòd solùm nec corrupti,

Omnis or-
tus ab hu-
mido ini-
tiatur, &
in sicco fi-
nitur.

Aurum in
natura sua
nondum
pars semi-
nis auri-
fici.

nec magis perfici vlla arte possit: tum verò quòd omnis ortus ab humido sumat exordium, & in siccum desinat: vt videmus omnia animalium semina humida primùm esse, deinde sicca, sic & de fructibus euenire ipsa experientia docet. Aurum autem quum actu sit siccum, & perfectionem maiorem in natura auri assequi non possit, iudicauerunt antecessores, & rectè quidem, aurum in humidum priùs solui oportere, quod deinde ab agente pati possit vt perficiatur. Nam tametsi auri materia simpliciter perfecta sit, tamen est imperfecta, comparata materiæ eiusdem in humidum mutatæ, hac enim solutione fit dilatio subtilitatis & tenuitatis substantiæ, & intentio qualitatum agentium. Itaque aurum in natura nondum est pars seminis aurifici nostri, sed postquam in humidam substantiam mutatum est: sed neque hæc auri substantia soluta tota est seminis materia, vt dixi, sed pars tantum, seu quod in humidum mutari, nec mutatum perfici possit, sine alterius humidi mixture: non secus ac granum frumenti in terra satum, nec germen humidum edere, nec seipsum perficere & propagare potest, sine honoris circumambientis mixture: Humidum igitur quod aurum in humidam substantiam soluit, est altera pars substantialis seminis nostri aurifici, & vtrunque mistum est ipsum semen, quod sola indiget concoctione, vt perficiatur. Sed vt huiusce
artis

artis professores unanimi consensione auri substantiam in humidum solutam , alteram ex seminis partem , inter se consentiunt : ita ex aduerso , in altera eiusdem seminis parte, quænam illa sit, quæ auri soluendi facultatem habeat , maximè inter se discrepant. Quidam aquas esse ex mineralibus arte destillatas , alij ex animalibus, alij ex vegetabilib. alij ex iis omnibus mixtis prolicitas professi sunt. Et videntur passim plurima à Raymundo Lullio scripta nihil aliud dicere , si modò horum author sit Lullius, aut potius illi adscribantur, sed illis & cæteris huiusce opinionis adstipulari minimè possunt. Humidum enim quod soluit, aurum, ab argenti viui fluxilis natura corrumpi & mutari non oportet nec madefacit , nec alij corpori adhæret , neque miscetur , nec vnitur , & figitur tandem vera vnione & fixatione, præterquam auro , & vnà cum auro in salem aurificum perficitur. At aquæ illæ acres destillatæ argenti viui fluxilis naturam exuerunt, madefaciunt quod tangunt, vt aqua & oleum , nec adhærent aut miscentur verâ mixture, nec vlla arte figuntur cum auro , aut in salem aurificum cum auro perficiuntur, imò in examine secernuntur , exuruntur, atque in fumum abeunt. Rectius igitur iudicarunt , qui argentum viuum fluxile alteram esse seminis philosophici partem professi sunt, quod verè soluit aurum in argentum viuum , eique vnitur , atque in salem aurificum vnà cum eo

Diversæ
Philosophorum
sententiæ.

Opinio-
nes de 8^o.

perficitur: quippe quod vnus sint naturæ: Igne enim aurum fustum, videtur esse argentum viuum fluxile, hoc verò ab igne semotum, aurum colliquatum, verum & hi qui argentum viuum alteram seminis partem esse asserunt, & auri soluendi facultatem habere, & cum eo vniri pronuntiant, etiam inter se dissentire videntur, quodnam sit illud argentum viuum, an vulgare, an quod ex metallis arte prolicitum, & à quo potissimum, & an ex plumbo, an ex stanno, an ex bismutho, (stannum glaciale appellant,) an ex stibio, aut reliquorum quopiam. Qui enim argentum viuum vulgare partem esse seminis nostri negant, frigidiorē qualitatem causam esse, propter quam soluendi auri facultatem non habeat, asserunt, humiditatem autem nimis indefinitam, volatilem & spiritualement, propter quam figi cum eo non possit.

Vulgi
defect.

Argento autem viuo arte ex cæteris prolicito maiorem à natura digestionem inesse.

Cur.
non sub-
liman-
dus à mi-
neralib.

Qui autem nullum alium liquorem auro soluendo efficaciorē, quàm argētum viuum asserunt, hac ratione mouentur, Quòd aurum Epsefi seu elixatione solui oporteat, non secus ac carnes aquā elixari; argentum autem viuum aquæ comparari, quippe quòd humoris, qui solutionis sit causa efficiens, multam habeat quantitatem. Hac enim de causa à siccis mineralibus per sublimationem alterari non oportere: hanc opinionem mordicus tuetur

Bernar-

Bernardus Treuiensis, in Epistola ad Thomam de Bononia, Medicum Regis Caroli octavi missa. Nec desunt etiam aliis auctoritates doctissimorum philosophorum, verum in discutiendis diuersis hisce & pugnantibus inter se opinionibus, diutius immorari non est consilium. Hæc omnia vnius generis & speciei sunt, solis accidentibus inter se discrepantia. Sed vt certò demonstretur quinam soluendo auro liquor efficacior erit, inspectandæ sunt causæ concretionis auri: contrariæ enim solutionis eiusdem sunt causæ. Atqui ex Aristotelis doctrina didicimus, Concretionis causam partim esse siccitatem terræ, quæ humido auri inest, ipsūque constringit, partim verò frigus & siccum externum, quæ vapores, (qui sunt proxima metallorum materia) intra saxa densant & cogunt: Ergo humidum internum, & humidum & calidum externum, causæ effectrices erunt solutionis auri in humidam substantiam. Humidum autem hoc externum eiusdem naturæ oportet esse cum humido auri, quale est humidum argenti viui, vt vtrumque quantitate superans, siccum auri soluere possit. At quò minùs erit frigidæ qualitatis, humidum hoc argenti viui, eò promptiùs soluet aurum. Idcirco improbare nolim opinionem eorum, qui è plumbo, stanno, bisemutho, aut stibio solent argentum viuum prolicere, minùs enim argento viuo vulgari frigidum est, & paulò

Concre-
tionis auri
causæ.

Solutionis
auri cau-
sæ.

60 DE RATIONE PROGIGNENDI

magis digestum ac definitum est: Et audio multos iis vti ad solutionē auri, & ex utroque mixto, tanquam vero semine opus perfecisse: sed nec improbandus sum, si dixerō argentum

Argentum
vium a-
nimatum.

modò portiunculæ auri mistum & verè vni-
tum priùs fuerit, tunc enim appellatur, per
translationem, argentum vium animatum,
non quòd animam habeat, est enim inani-
mum, sed quòd veluti anima calidum reddit
animal, quandiu est in corpore, sic aurum ar-
genti viui frigiditatē arcet & temperat, quum
eidem verè mistum est. Lapidis enim Philo-

Sal aurifi-
cus quid.

sophici, seu falis aurifici (qui nihil aliud est
quàm aurum longè magis auro naturali deco-
ctum) minima portio infinitas argēti viui par-
tes à nimia frigiditate vindicat, & temperat.
Huic argento viuo animato insistendum po-
tiùs est, quàm ei quod ex metallis arte prolici-
tur: hoc enim non nisi magno artis ingenio,
multisque laboribus & sumptibus à metallis
educitur. At ingentem argenti viui vulgaris
copiam habemus, & faciliè purgari & auro
misceri, eique vniri potest, vt mox dicam.
Igitur vt quæstioni huic finis imponatur.

Altera
pars auri-
fici semi-
nis.

Argentum vium è plumbo vel stanno, vel
stibio arte prolicitum, vel vulgare preparatum
& animatum, (liceat nunc & posthac vocabu-
lis artis vti, vt omnia significantiùs dicantur)
est altera pars seminis falis nostri aurifici, &
vtrumque mistum verum est semen eiusdem,
sed

sed imperfectum. Superest vt vtriusque seminis imperfecti perficiendi methodū seu praxim dilucidē & cōpendiosē explicemus, quæ huic arti est propria, & quam huiusce Epistolæ titulus præ se fert. Verūm vtrumque semē seorsim præparandum est, & hinc miscendum, priusquā vtrunque mistum perficienti causæ, scilicet calori externo, subiiciatur. Præparatio hæc, est dispositio & habilitas quædam ad suscipiendos perfectionis gradus, siue vtriusque formæ interitum, vt heterogenea secerantur, & purgetur vtrunque semen: non secus ac periti agricolæ semina in terram iniecturi, ea prius purgare & deligere solent.

Porro hæc semina huiusce artis antecessores, barbaro vocabulo appellarunt *Rebis*, vt *Rebis.* in Apologia iam dixi. Aurum vt semē masculinum, calidius & siccus, argentum viuum, vt foemininū frigidius & humidum magis. Illud vt sulphur, hoc eodem nomīne appellarunt, ex quorum complexu perficitur lapis philosophicus, seu sal noster aurificus. Primum de feminis foeminini præparatione, deque eiusdem animatione dicam: nec verebor in re tam seria, paululū à Latino vsu loquendi recederet, vt omnia significantiūs ac faciliūs comprehendantur.

Praxis operandi.

Purga argentum viuum vulgare, terendo in *Purgatio.*



62 DE RATIONE PROGIGNENDI

mortario cum sale & aceto distillato, dum in minimas partes diuidatur, hinc ablue: Purgationem & abluionem toties repete, dum cyaneum aut cœlestinum colorem contraxerit, quod perfectę purgationis est signum.

Animatio

¶ j

Animatur autem hac methodo hoc argentum viuum. Fac malagma ex purissimo auro, in tenuissima fragmenta scisso, & argento viuo purgato, vt solent efficere vasorum inauratores, scilicet ex vna vncia auri & duodecim argenti viui. Tere diutissimè malagma in mortario, superfusa pauca aceti distillati quantitate, & ablue, idque reiterra toties, dum colore etiam cyaneo & cœlestino malagma insignitum conspexeris: hinc crassiori & densiori linteo malagma obuolutū exprime, vt totum transmeat, quod si quid non percolatum superfit, adde ei argenti viui purgati sextuplam partem, & iterum tere atque ablue & exprime, ac identidem repete, dum totum effluxerit per linteï meatus. Hoc autem eo fit, vt

Causa malagmationis.

aurum in minutissimas partes diuidatur. Non dum tamen in tam minutissimas partes diuisum erit, vt per corij veruecini meatus transpirare possit, vt transmeat argentum viuum, strictiores enim sunt: Et tamen necesse est vt tandem totum malagma corium expressione perfluat, & aurum argento viuo verè misceatur & vniatur. Cùm igitur totum malagma, ex duodecim argenti viui, aut pluribus vnciis & vnica auri compositum fuerit, & linteo perco-

percolatum, include vase vitreo, figuram oui habente, cuius tertiam partem malagma occupet, reliquæ partes vitri sint vacuæ, & vitro obturetur vasculum. Languido dein atque imbecillo & æquali calore coque & dissolue in fornace apta per quadraginta dies, intra quos nigredinem in superficie reperies supereminentem, quæ signum est perfectæ dissolutionis auri in argentum viuum. Aperi vas, & malagma corio obuolutum exprime, & si totum effluxerit, bene quidem: sin minùs, pende stateris quod effluxum non est, & si vnciam, vt puto, pendeat, adiunge recentis argenti viui præparati vncias nouem.

Compositi solutio.

Tere & abluere, & rursus include vrceolo vitreo, & vitro obferato, rursus concoque, vt priùs, dum in superficie supereminentem videris nigredinem, quod breuiori tempore fiet: hinc vitreo vasculo aperto, corio obuolutum malagma, & expressum percoletur. Atque hæc opera identidem repetantur, dum totum malagma per corij meatus expressum effluxerit: sic aurum in perexiguas partes sectum erit; nondum tamen verè mistum & vnitum vtrumque est. Sæpiùs autem effluxum malagma terendum, abluendum, & per corium percolandum est, vt totum in vaporem faciliùs feratur. Ipsum igitur in vas vitreum obtortum, & luto tenacum, ad mediam vsque partem distilla, lento calore primù, deinde aucto, tandem violèto

Repetitio solutionis.

Malagamis distillatio.

Cautela.

Semen
femini-
um.

Azoth.

atque ignito, vt aurum vnà cum argento viuo expiret, atque in vas recipiens dilabatur in argentum viuum fluxile. Maximam enim, tum materiæ, tum formæ similitudinem aurum & argentum viuum obtinent, & cùm in perexiguas partes, vt argentum viuum, rarefactū fuerit, vt vniatur quātitati argenti viui, necesse est alterum ab altero non distrahi, sed igne agente vnà sursum in vaporem ferri: Quod si forsitan quodpiam auri vasis imo superesset, eadem opera, quæ superius, repetenda sunt, addito nouo argento viuo, eaque toties dum totum distillatum fuerit, nisi forsitan sordes aliquæ subsederint, quæ inutiles & abiiciendæ sunt. Hoc est verum semen fœmininum & animatum metaphoricè, quod soluendi auri potestatem habet: ipsum est pars altera seminis salis nostri aurifici. Hoc est argentum viuum, quod Suum appellauimus in Apologia nostra, quippe quod aurum verè mutatum sit in argentum viuum per argentum viuum vulgare.

Quod quidem argentū viuum auri, est oleū & vera tinctura occulta: ipsum est quod Antiqui Azoth appellauerunt, scilicet argentū viuum à corpore auri extractum. Educitur autē eadē ratione qua carnes elixatione in iusculum soluantur & mutantur. Ipsum est denique cuius beneficio diximus argentum viuum vulgare libentius coire cum calce auri, quàm aquam aque misceri. Idem argentum viuum anima-

tum

tum augetur in infinitum, si auro rursus & nouo argento uiuo admisceatur, ea quam diximus, arte. Appellantur etiam Menstruum, & acetum acerrimum, quod efficit esse aurum merum spiritum. Semen autem masculinum seu altera eiusdem seminis salis nostri aurifici pars, est aurum in calcem tenuissimam redactum, quæ paratur hac methodo. Fiat malagma ex vnica auri vncia, & duodecim argenti viui præparati, vt superius à nobis demonstratum est, & eadem diligentia linteo crassiori percolatum, donec totum transmeet.

Menstruum
& acerrimum
Philosophorum.

Semen
masculinum.
Calx auri,
vt facienda.

Hinc exprime in corio, & quod supererit non effluxum, est aurum cum argento uiuo, cuius figura erit vt globus, nihil enim per corij meatus ex auro efluet, sed totum erit in globo. Globum hunc in vitreum vas iniice, & distilla lento igne argentum uiuum, dum totum distillauerit: Effracto vase, tere aurum quod subsidet minutissimè, cum distillato argento uiuo, & rursus distilla, contritionem & distillationem toties reitera, dum aurum in perexiguas partes redactum sit: quas rursus tere, & per incerniculum setaceum, angustissimis foraminibus contextum, cribra, & quod excretum non fuerit, rursus tere & cribra, eademque opera repete, dum totum excernatur in puluerem tenuissimum, quem vitreo vase luto munito include, & calcina moderato igne per triduum, hinc à vasculo exime, & si puluerem tenuissimum, vt farinæ florem

E

calcinatio
hæc huic
arti est
necessa-
ria.

Scopus ar-
tis.

conspexeris, rectè quidem, sin minùs opus reitera, dum signum hoc consecutus fueris. Hinc super hoc puluere infunde aquam vitæ, quæ tota ardeat, & distilla lento igne, distillatâ aquam rursus infunde, & rursus distilla, idque septies repete, sic veram calcem auri habebis, vt argento viuo misceatur animato. Calcinatio hæc & in puluerem tenuissimum reductio necessaria est, tum vt faciliùs argentum viuum suum combibat, tum ab eadem coctione in puluerem impalpabilem promptius redigatur. Cum enim huiusce artis scopus sit aurum in naturam salis mutare, necesse est, qua possumus arte, ipsum rarefacera & attenuare. Omnia enim, (inquit Geber) verè calcinata ad naturam salis approximant: & quanto tenuius fuerit, ante coniunctionem cum semine fœminino, tanto faciliùs & celerius soluetur in argentum viuum, atque hinc coctione in puluerem faciliùs etiam, citiusque redigetur.

Lex mis-
cendorû.

Coniunctio
mis ma-
thematicæ
praxis,

Præparata hæc semina primùm misceri oportet mathematicè & per contiguas partes, deinde post absolutam præparationem, naturaliter & per contiguas partes, vera vnione: hæc enim lex est, & ordo omnium quæ tandem verè miscentur, vt primum se tangant partes, seruatis formis prioribus integris in mitione, & deinde alterentur, postremo vniantur. Coniunctio hæc mathematica & prior sic fit. Calcem hanc auri coniicito in
vas

vas testaceum, quo Aurifabri aurum colliquare solent, & alio vasculo cooperi, ne carbonibus intus decidat, aut quidpiam aliud, & carbonibus accensis obrue vndique, dum vasculum sit ignitum & vehementer excandescat, ne tamen calx auri lique scat. In aliud testaceum vas conice octo vncias argenti viui animati, & carbonibus vas circumseptum sit, & tandiu excoque, dum argentum viuum expirare coeperit: statim in argentum viuum animatum conice calcem auri incandescentem, & baculo agita, & moue, dum tactu perceperis vtrumque per exiguas partes permistum & amalgamatum. Hinc conice hoc malagma in vasculum ligneum aqua refertum, abhinc malagma illud tere & rursus ablue, & exsicca, vt omnis humiditas euanes cat, deinde exprime obuolutum in corio, qui supererit globus, est semen salis nostri aurifici futuri, ex masculino & foeminino mistum, cum iusta vtriusque proportionem: de qua tamen plurimi dubitarunt, & de ea diuersae fuerunt sententiae: sed natura duce nusquam aberratur.

Quantum enim seminis animati necesse est, calx auri retinet, quod superfluum est, per corij meatus effluit.

Globum hunc quatuor vncias, plus minusue pendere conspicias. Itaque calcis aureae vni- Pondera.]
ca est vncia, argenti viui animati, tres, vel circiter: nec tamen si plures tribus vnciis argenti viui animati miscerentur, vsque ad

Locus.

quinque, quicquam esset periculi, semen enim celerius solueretur, sed tardius concreveret & coagularetur. Præparata sic semina, & iusta naturæ proportionem mista priusquam perficienti causæ subiiciantur, loco proprio includenda sunt: Est enim locus necessarius qui perfectionem adiuuet: Semina animalium non nisi in matrice perficiuntur: Oua in cortice, fructus geniti in terra, hæc extra loca corrumpuntur. Locus igitur feminis nostri, ouum est vitreum, id est, vasculum ad oui figuram conflatum. In hoc collocandus est geminus globus, hac proportionem, ut tertiam vasculi vitri partem globus occupet, reliquæ partes sint vacuæ, quibus argenti viui vapores, si qui forte conscenderint, continerentur, ne disrumpatur vasculum: Verum vasculi os vitro obstruendum est, non secus ac foetus animalium in utero, albumen & luteum oui cortice includuntur, ne quicquam respiret: est enim in argenti viui animati semine vapor & spiritus quidam tantæ tenuitatis & subtilitatis, ut etiam si expirauerit, oculorum obtutu effugiat, estque altera, cum calore externo, perficiendi causa: qui si euolauerit, actus est de opere, non secus ac pertuso oui cortice, perit fetus pulli, nec cohiberi potest, illius fuga & euaporatio, luto aliquo ferreo, quantumvis denso, compacto & solido, sed solo vitro quod densissimum est, & meatibus caret: Existimarunt autem plerique semen nostrum in salem aurificum perficiendum esse ea via & metho-

Vasis clau-
fura.

methodo, qua ex omnibus corporibus mistis igneo calore proliciunt sales, igne scilicet in varias substantias eadem corpora distrahendo, sicuti superius ex lignis, in cinerem versis, salelem lixiuio adduci diximas.

Idcirco ex variis corporibus aquas acres proliciunt, quarum vi solvunt aurum in liquorem, quem deinde distillatum rursus in dissolutum infundunt, deinde calore languido coeunt, & quod superest salelem nostrum aurificum esse opinantur.

Infinita etiam alia opera agunt, quæ omnia Opera sophistarum varia & vana. varia, inutilia & sophistica sunt, & plus operationis quam veritatis obtinent. Natura ubi primum semen produxit, in varias substantias non distrahit, sed perficit, nihilque semini detrahit, sed totum perficit: Quod magis perspicuum est in ovo, quod semen est pulli, & pullus imperfectus: Sic naturæ opera imitando, ubi primum de semine salis nostri aurifici constitit, quodnam & quale sit, in varias substantias secerne aut diuidi non oportet, sed sola concoctione perfici, & totum in naturam salis fusilis mutari. Hic est totius Chrysopæiæ scopus Chrysopæiæ scopus. in producenda efficiente causa, quæ argentum viuum & reliqua metalla imperfecta perficit in aurum, calore igneo adiuuante.

Perficiendi autem salis huiusce nostri aurifici gradus sunt sex numero. Dissolutio, Coagulatio, seu incrassatio, fixio prior, fixio posterior, calcinatio, & inceratio. Dixi gradus esse plures:

70 DE RATIONE PROGIGNENDI

Simile. Cum enim definiuerim, perfectionem esse feminis iam orti promotionem ad posteriorem formæ actum: non statim perfectio illa consummatur, ut actus prior, seu forma, quæ quum sit præcipua substantiæ pars, gradus non suscipit, sed actus posterior gradus suscipit, ut qualitates. Sic fructus orti ex arbore, priusquam ad maturitatē peruenerint, gradus perfectionum suscipiunt. Medio enim tempore, perfectiores priori, & sic deinceps, dum ad extremam maturitatem peruenerint. Sic in semine nostro aurifico perficiendo necessariò iudicandum est. Cum autem calor externus sit causa efficiens perfectionis, & sex sint eiusdem gradus: quinque priores, quinque etiam caloris gradibus progressum habent. Postremus est reiteratio horum quinque graduum. Semen autem dum perficitur, loco mouendum non est, nec quicquam distrahendum, ut in operibus sophisticis fieri solet, sed solis quinque caloris gradibus committendum est.

Calor externus.

Vas non mouendū in decoctione.

Gradus Operationum.

Dissolutio.

Primus gradus perfectionis.

Dissolutio igitur primus perfectionis gradus, est Calcis auræ, quæ est altera feminis pars, in argentum viuum reductio, quæ fit calore primi gradus, nec non spiritus & vaporis vi, qui argento viuo inest, sicut in animalium

lium seminibus in huius, & in granis frumenti
 satis fieri conspiciamus: Hoc enim caloris gra-
 du malagmatis globus, qui primum duriuscu-
 lus erat, emolefcit & soluitur: Et solutione
 peracta totum videtur in vasculo vitreo ar-
 gentum viuum crassum & velut putre: signum
 dissolutionis perfectæ est nigror, potissimum Solutio-
nis signū.
 in superficie eminens: Calor enim agens in
 humidum nigrorem efficit: Dissolutio hæc
 ferè quadraginta dierum spatio absolvitur.
 Est autem eadem dissolutio Epsefis quædam, Simile.
 seu Elixationis species: vt enim carnes elixa-
 tione in ius soluuntur, calore in humido a-
 queo existente: sic aurum calore in humido,
 scilicet argento viuo, agente soluitur.

Coagulatio.

Succedit coagulatio seu incrassatio, quæ est Secundus
gradus
perfectio-
nis.
 feminis in argentum viuum fluidum soluti in-
 spissatio, induratio & exsiccatio, quæ fit vi se-
 cundi gradus, vt causæ efficientis & vi terrei
 quod calci aureæ inest, cuius proprietas est
 desiccare & cogere.

Primum enim quum argentum viuum hu- Calci, au-
reæ pro-
prietas.
 midum quantitate superaret siccum eiusdem
 calci aureæ, necesse fuit siccum cedere, & in
 crassiusculam & putrem argenti viui consi-
 stentiam solui. At calore aucto, vapor ille te-
 nuissimus argenti viui in auras, per Vacuas

vasculi partes velut euanescit, & cogi atque inspissari humidum necesse est, non secus ac oleum diuturno calore incrassatur, abeunte tenui spiritu.

40. Dies
solutionis,
item &
coagula-
tionis.

Siccum autem calcis aureæ combibens argenti viui humidum, multum adiuuat & cogit. Sic ex iisdem causis, humore viscoso & humido, primum lapides in corporibus animalium perficiuntur sicco terreo, qui humori inest, ut materia, calore verò externo, ut causa efficiente: sic etiam inspicimus sensim semen solutum inspissari & incrassari, atque in lapidem solidum constringi & cogi quod ferè etiam quadraginta dierum spatio euenire solet, interim semen colorem nigrum seruabit, & idem intendetur in nigriorem. Hæc concoctio est quædam optesis, seu assationis species, sicut & reliquæ posteriores.

Fixio prior.

Tertius
gradus
perfectio-
nis.
Fixio
quid.

Humidum hoc feminis nostri, quum nondum sit definitum neque unitum hac concoctione, sed volatile: calore tertij gradus definiendum & figendum est: Idcirco succedit fixio. Est autem fixio, authore Gebro, rei ab igne fugientis conueniens ad tollerantiam eiusdem adaptatio: Cuius intentionis causa, inquit, est ut omnis alteratio, omnisque tinctura perpetuetur in alterato, & non mutetur. Quæ etiam definiri potest ut sit indefiniti & interminati humidi

humidi, in semine existentis definitio & euictio vi caloris tertij gradus facta, siccitate etiam, quæ terreo seminis inest, agente: fixio hæc etiã quadraginta dieꝝ spatio peragitur. Fixio 40. dierũ est.

Conspiciuntur in hac concoctione varij colores, qui tandem omnes in candidum & niueum desinunt, & albedo hæc verum est fixationis signum.

In hoc colore aiunt, corpus, spiritum & animam verè vniri & figi: quod nihil aliud est, quàm æqualis elementorum omnium seminis proportio, vnio, & perfectio fixa.

Hoc semen perfectum, argentificum appellatur, quòd in argentum viuum proiectum, illud sistit, figit & perficit in argentum verissimum. Verum hæc fixio prior appellatur, quæ licet simpliciter & absolutè accepta perfecta sit, tamen fixationi salis nostri aurifici comparata, Indefinita & imperfecta est, nec salis seu lapidis nomen meretur.

Fixtio posterior.

Itaque fixatione priore absoluta, succedit ex ordine fixio posterior, quæ est humoris infiniti & indefiniti in humido seminis perfecta & absoluta concoctio atque euictio, vi caloris quarti gradus facta. Hoc calore semen varios colores non contrahit, sed albedo in citrinum & luteum primùm mutatur, hinc sensim in rubrum. Ex varia enim humoris con-

Quartus
gradus
perfecti-
onis.

74 DE RATIONE PROGIGNENDI

Varij co-
lores vn-
de.

2. Fixio
240. die-
rum.

coctione , varij colores emergunt : sed vbi primum concoctus fuerit , albedo apparet, quæ vi ignis in flauum, & ex flauo in rubrum tandem mutatur, quod in sandaracha & ochra quum concoquuntur , perspicuum est. Ter- reum enim subtile purissimum , quod est in semine concoctum, & non exustum, est actu, candidum, sed potestate rubrum, & tale vehe- mentiori concoctione euadit, & totum suum proprium humidum colore rubeo inficit, & tingit: semen hoc candidum longissimo tem- poris spatio in solidam massam persistit, & tandem continua concoctione sensim dirui- tur, & in puluerem rubrum mutatur. Hic au- tem quartus gradus concoctionis ducentis & quadraginta diebus absoluitur , nec de gradu caloris pertimescendum est , quum iam fixum sit semen post albedinem , sicut ante eandem perfectam periculum erat in caloris gradibus obseruandis, quum nondum fixum & vni- tum esset. vtrumque semen.

Calcinatio.

Quintus
gradus
perfectio-
nis.

Qualis sit
salis na-
tura.

Est autem humor huiusce seminis quatuor-
his gradibus caloris euiectus sit, non tamen
omninò , nec ita vt salis naturam omnino
obtineat : Est enim salis natura siccissima, &
omnis humoris expers : sal enim pura est ter-
ra. Est etiam natura salis vt humido frigido
soluatur , quòd calido sicco concreuerit:
Nisi

Nisi igitur omnino sit euietus humor, verè
 falis naturam non obtinebit, nec in humido
 aqueo soluetur, quod tamen necessarium est,
 fal enim noster aurificus, quum summum sit
 medicamentum corporibus humanis, in omni
 liquore solubilis est, quum ægro deglutien-
 dum exhibetur. Præterea pulvis ille quarti
 gradus concoctus habet nescio quid impuri
 & terrei commistum, quod non est ex sui na-
 tura & proportionem falis, q̃ ex pulvere rubro
 ducendum est. hæc pulveris rubri perfectissi-
 ma & absoluta concoctio atque à terreo vin-
 dicatio, fit calcinatione, & quinti ac postremi
 gradus calore: Est enim Calcinatio, ex defi-
 nitione Gebri, rei siccae per ignem pulverisa-
 tio, per priuationem humiditatis partes con-
 solidantis. Rectius dicendum videbatur per
 concoctionem absolutam humoris indefiniti.
 Causam autem calcinationis subiicit esse vt
 pulvis melius & perfectius figatur, & facilius
 soluatur in aquam, omne enim calcinati ge-
 nus fixius esse, & facilioris solutionis, quam
 non calcinati, experientia docet: Quoniam
 corpus in exiles & in minimas partes at-
 tenuatum, facilius miscetur cum aqua. Itaque
 quum calore externo hoc effectum sit, faci-
 lius in aquam soluetur. Hac autem calcinatio-
 ne pulvis iste intumescit in modum fermenti,
 ob calorem igneum diuturnum cuius vi
 in perexiles partes deductus est, & terra quæ-
 dam impura in imo vasis subsidet, & reipsa à

Calcis au-
 rifici-vir-
 tus medi-
 ca.

Calcina-
 tio quid.

Calcina-
 tionis
 causa.

76 DE RATIONE PROGIGNENDI

Terra da-
mnata.

rubro puluere secernitur, quæ abiicienda est: non enim est ex natura salis, eandem vilem, damnatam, & vituperatam appellant, estque reliquarum substantiarum efficacium veluti fæx inutilis, & ex genere terræ, quæ calore eccellente in vitrum mutatur & liquatur.

Vas calci-
nationis,
& eiusdem
tempus.

Terreo autem vase perficienda est hæc calcinatio, octo dierum spatio: sic verissimum salem aurificum rubrum habebis, cuius color erit vt sanguinis adusti, & in omni liquore soluetur: omnia enim verè calcinata, vt diximus, ad naturam salis approximant: ideoque in proprietatibus sese concomitari necesse est. Est autem salium natura, quod aqueo liquore soluantur.

Ceratio.

Sextus
gradus
perfectio-
nis.

Hæc quamuis ita se habeant, non tamen sal nostrum absolutam & consummatam omnino perfectionem consecutum est: Ea est vt facillimè & celeriter igne liquetur, tanquam cera, sitque tenuissimæ consistentiæ in fusione, velut aqua. Alioqui enim penetrandi & subeundi densissimas argenti viui partes, aut metallorum non obtinebit, ergo in ea proiectus, non perficiet. Atqui tam diuturna concoctione concretus & alteratus sal noster aurificus, fusili hac subita proprietate caret: ergo ei restituenda est. Mirum autem videri non debet, quod priùs dixerim, salem nostrum

Ceratio-
nis neces-
sitas.

strum aurificum in quouis liquore solui, hinc quoque calore liquari, quod contra Aristotelis regulas dictum videtur. Quæ enim, inquit, calido sicco concresecunt, eadem humido frigido solvuntur, ut sales, quæ verò frigido coquuntur, eadem calido solvuntur, ut metalla. Sed experientia docet salem communem non solum in aqueo solui liquore, verum etiam in igne. Si enim sal, ut argentum, testaceo in vase liquatus fuerit, conspicietur solutum, ut aquam puram, & in canaliculam proiectus, frigore concresecit, ut metallum: sic & in cæteris salibus accidit. Quod si sæpius solutione ab aqua, filtratione & coagulatione purgentur, tandem calore leui, ut cera, fundentur.

Solutio.

Eadem ratione pulveri nostro aurifico fusionem celerrimam comparandam esse, quidam existimauerunt: sanè humido salem nostrum fusione carentem solui necesse est, at non in aquæ liquore, non enim sal noster sola facilique fusione indiget, ut omnino perficiatur, sed humido quod illi in centro vngitur, & cum eo figatur, ut ipsum à vitrificatione tueatur. Aqueus autem liquor hoc præstare non potest, nulla enim arte figetur cum sale nostro, idcirco & soluendus simul & incerandus. Est enim ceratio postremus perfectionis gradus, quem Geber definit, esse rei duræ, non fusilis, mollicationem, ad liquefactionem, cuius inuentionis

Ceratio
sophista-
rum.

causam esse ait, vt quod ex priuatione suæ humiditatis liquefactionem non habebat in corpus ad alterationem, mollificaretur vt flueret: Et vehemēter errare atque hallucinari eos, qui cerationem ex oleis & aquis liquidis fieri existimant, sed eam ex spiritibus fieri oportere.

Methodus
cerandi.

Appellat spiritus argentum viuum, & sanè hanc solutionem & cerationem pulueri & sali nostro præstat argenti viui animati mistio, cuius hæc est methodus. Denarium seu viginti quatuor grana pulueris misce cum quatuor denarijs argenti viui animati, vt fiat malagma, quod vitreo vase ad figuram oui conflato includito & vitrum obfera, & quatuor prioribus ignis gradibus concoque, eo ordine, quo puluis elaboratus est: Et triginta dierum spatium omnes colores sese prodent, qui nouem mensium tempore antea conspicui facti sunt. Idem opus repete septies, addendo pulueri quatuor partes argenti viui animati.

Colores
in cera-
tione.
Septena-
ria repeti-
tio, & ope-
ris decur-
ratio.

Breuiori autem temporis spatio opus iteratum conficitur, quàm vice prima. Quod enim iam sal est, celerius soluitur, quàm quod sal nondum est, sed esse potest: sic salem aurificum perfectissimum, seu lapidem philosophorum habebis, fixissimum, fusilem vt ceram, tenuissimum vt aquam, penetrantē, tingentem, transmutantem, & perficientem omne argentum viuum, tam vulgare, quàm quod corporibus metallicis inest, in verissimum aurum.

Signum
perfectæ
cerationis.

Signum perfectionis falsi hoc erit, si illius granum

granum in laminam argenti ignitam proiectum, statim liquabitur, & partes argenti interiores subierit, latèque sese quâquâ versum diffuderit, vt oleum, & colore aureo intus & in superficie infecerit, sine vlla expiratione in vaporem.

Quod autem detractis viginti quatuor granis supererit, eadem ratione perficies, eadem quod methodo, vt supra.

Primo autem viginti tantum quatuor grana detrahuntur, quod vnaquaque reiteratione operis augetur quantitas, additione & mistione noui argenti viui. Etsi plurimum plura ex massa quàm viginti quatuor grana decerperentur, sub finem septimę reiterationis maior esset moles, quàm vt concoctioni se dederet.

Multiplicatio.

Multiplicatio.

Etsi autem substantię neque intendantur, neque remittantur, tamen ipsę per se qualitates, tanquam per instrumenta agunt, & cum qualitates intendi & remitti possint, per has sal fusilis noster acutiùs aut hebetiùs agit. Idcirco antecessores nostri admirabili arte inuestigarunt salem nostrum aurificum, seu lapidem philosophicum fusilem & quantitate & viribus seu facultate agendi augere.

Huius incrementi duplex est ratio seu methodus.

Altera est, vt eiusdem salis iam perfecti sumatur vncia, eique duodecim ar-

Duplex multiplicatio n. d. methodus

genti viui animati vnciæ admisceantur , soluantur & distillentur ; hinc quatuor vnciæ huiusce argenti viui animati misceantur vnciæ salis nostri perfecti, & quatuor caloris gradibus concoquantur: Posterior verò methodus magis compendiosa est vt portiunculam salis nostri perfecti in argentum viuum vulgare proicias : Ex hoc auro, quod philosophicum appellamus , summa arte argentum viuum prolicito, illiusque vnciam vnā , vnciæ vnciæ salis nostri perfecti misce , & quatuor caloris gradibus concoque , & breuissimo temporis spatio omnes colores conspicias , quos conficiendo salem nostrum aurificum primū conspexisti. Intensio enim est gradus qualitatis radicītus magis infixæ in eadem parte subiecti. Hac enim reiteratione sal totus redditur igneus, & tenuissimæ ac subtilissimæ consistentiæ. Ignis autem & quæ ignea sunt plus actionibus obtinent , & quo tenuiora , eò promptiùs & celerius penetrant & subeunt partes interiores. Ergo quò sapius reiteraueris, eò plus incrementi, tam quantitatis, quàm virium & facultatum posteriori pulueri accedet : Hæc agendi methodus antiquis versibus his præscribitur.

*Si fixum soluas , faciāsque volare solutum.
Et volucrem figas, faciam te viuere tutum:
Coniuncta disjunge, rursus disiuncta reijge,
Liqua durum ; dura liquatum, dicam te
beatum:*

Arseni-

Arsenicum fore dic animam, sed Spiritus extat.

Argentum viuum, calx corpus dicitur esse.

Per fixum intelligitur aurum, solutio illius est, per argentum viuum vulgare, vel aliud ex metallo in argentum viuum reducto, solutum autem euolat, quum vtrumque vi ignis distillatur in argentum viuum, & in vas recipiens delabitur. Volatile autem figitur, quum quatuor eiusdem partes, parti calcis auree miscentur, & concoctione figuntur. Coniuncta autem disiunguntur, quum partes auri solidæ soluuntur: iunguntur autem iterum, quum solutæ partes figuntur. Arsenicum est anima, id est, aurum in argentum viuum, vel vulgare, vel ex cæteris metallis arte prolicitum, Calx est aurum in calcem reductum. Nec longè abest ab ijs qui dicunt Azoth & ignem huic operi sufficere. Azoth enim & aurum est in argentum viuum crassiusculum solutum, quod concoctum & fixum igneo calore temperato est lapis noster, seu potius sal aurificus fusilis & fixus. Quin & ex his quæ diximus, quæcunque à veteribus ænigmaticè scripta sunt, facile quiuis intelligere poterit.

Tandem verò superiorem methodum paucis verbis comprehendit Geber, libro summæ perfectionis capitibus 30. & 43. Totius operis intentionis, inquit ille, summa hæc est, ut ^{Summa} sumatur lapis in capitulis notus, & eius addita- ^{operis ex} Gebro.

F

82. DE RATIONE PROGIGNENDI

mentum, id est, aurum in oleum seu argentum viuum conuersum, & subtilientur, donec in vltimam subtilitatis puritatem deueniant, & vltimò vtrumque fiat volatile fixum, & in hoc ordine completur arcanum quod est pretiosissimū, & q̃ super omne huius mūdi sciētiarum arcanū est thesaurus incomparabilis.

Vires lapidis.

Quantæ autem sint nostri huius salis aurifici vires & facultates, sola experientia demonstrari potest.

Granum enim pulueris in emendatum & repurgatum argentū viuũ projicitur q̃ non in metallum primò, sed in puluerē vertitur, cuius vis tamē imminuitur, & huius pulueris postrema pars in aliud argentū viuum projicitur, totiesque ex postremo puluere fit proiectio, dū non puluis, sed metallū cōfletur. In mistione enim qualitates igneæ calidæ & siccæ pulueris nostri aurifici pugnant cū qualitatibus frigidis & humidis argenti viui, nec nisi certa proportionē qualitatum agentium & patientium, argentum viuũ, tam vulgare, quàm metallorum temperatur & perficitur in aurum. Forsitan

Dubium.

dubitabunt plerique qui audient profiteri nos argentum viuum vulgare, quantumuis animatum, esse alteram feminis partem: tum quòd ægerrimè aurum vnà cum illo in sublimē feratur, vniatur & animetur, tum quòd humiditatem impensè indefinitam & interminatam habeat. Postremò etiam, si idem ipsum alteram feminis partem constituat, vtriūque semi-

feminis perfectio in longissimū tēpus protra-
hetur. Itaque vel ex stanno, vel plumbo, vel
stibij regulo (sic enim quod subsidet, dū pur-
gatur, appellant) prolicitum argentum viuū,
præstantius & compendiosum magis iudica-
būt: quorum opinioni parum aduersabor, imò
facile subscribam, præsertim si ex stibij regulo
diducatur argentum viuū. Maximam enim to-
tius substantiæ similitudinem habet cum auro,
sed hoc animaduertendum erit, ex vario ar-
genti viui temperamento prioris caloris gra-
dus intendendos aut remittendos esse.

Scopus enim est humidum sicco vnire. & v- Scopus
artis.
trumque figere fixione firma & solida. Hinc in
obseruatione vniuscuiusque gradus externi hæc
est lex, vt sit æqualis calor, & temperatus, qui
semen vtrumque mistum alterare possit, at nō
in vaporem rarefacere: Si igitur argētum viuū
vulgare animatum misceatur auro, remittere-
dus erit gradus caloris initio operis, est enim
magis indefinitum & volatile, sin ex cæteris
argentū viuum arte prolicitum eidem auro
misceatur, paulo intensior adhibendus erit ca-
loris gradus.

Huiusmodi enim argentum viuum cū sit
crassius, magisque à natura decoctum, maio-
rem vim ignis tolerat, nec tam facile à calore
igneo euolat in fumum, vti vulgare.

Hoc autem argentum viuum è plumbo,
stanno & regulo stibij educitur ea via ac me-
thodo quam Geber in sublimatione marcha-

ex h.
4. &

84 DE RATIONE PROGIGNENDI

regulo
ut edo-
cendum.

fitæ docet: Ignis enim excellentis vi fertur sur-
sum vapor quidam siccus, qui lateribus vasis
frigido densatur & concrefcit: Hic exemptus
& oleo tartari maceratus, lotus & tritus, e-
mergit argentum viuum fluidum, veluti à
terrena face vindicatum & purgatum.

Veterum
silentium.

Hane proliciendi argenti viui methodum
prisci illi huius artis professores omnes silen-
tio præterierunt, nec vsquam scriptis tradi-
derunt, & consultò quidem, Est enim totius
artis arcanum, & aditus ad posteriora: hæc a-
pertissimè illos patefecisse, priora autem oc-
culuisse certum est.

Aurum
verum po-
tabile.

Hæc est igitur dilucida, recta, vera atque
compendiosa conficiendi salis nostri aurifici,
seu lapidis philosophici ratio, cuius vis &
facultas est, argentum viuum, necnon reliqua
metalla in aurum verissimum perficere. Est
etiam verum aurum potabile, quod in omni
liquore soluatur, Et, vt aiunt, præstantissimum
est & accommodatissimum profligandis mor-
bis desperatis remedium.

Huic sali aurifico insistendum esse potissi-
mum, tutius esse semper existimaui.

Obiectio-
nes.

Verùm non pauci deerunt, qui aurū sine ar-
gento viuo soluisse, & sine hoc sale aurifico
seu lapide philosophico etiam se aliquid præ-
stitisse, & experientia comprobasse affirma-
būt, & breuiori quidem temporis spatio: Qui-
bus vt respondeam, non inficiabor sales quos-
dam arte in aquam & liquidam consistentiam

Responso.

verti

verti posse, ilique expeditius quam aurum ab argento viuo soluitur, quarum aquarum vi & facultate acerrima aurum in liquorem quendam solutum apparet, sed verè solutum non est, nec naturam exuit metallicam: Eoúsque enim solutum conspicitur dum liquorem falsū retinet, qui verè auro mistus non est, nec vnitus. Dissimiles enim naturæ non vere miscentur. Itaque liquor ille falsuginosus igne violento depulsus, in vaporem rarescit & effertur sursum, aurum autem in imo vasis, vt pulvis fuluus aut croceus fixus subsidet, qui Chrysocollâ additâ liquatur, & rursus, sine intertrimento in aurum rēdit. At argentum viuum, quod alteram esse seminis partem diximus, verè soluit aurum, eique vnitur, & cum eo figitur in perpetuum: sunt enim eiusdem formæ, sed non eiusdem temperamenti, aut potius eiusdem perfectionis. Hac solutione & vtriúsque fixatione peracta pulvis, aut sal noster aurificus deinde in aurum redire non potest, nisi certa proportionē in reliqua metalla, aut argentum viuum projiciatur. Sal enim hic est vera tinctura & oleum fixissimum, & tenuissimæ essentia. Neque etiam ierim inficias aurū in liquorem hunc aqueum solutum vi aquarum acrium perficere posse argentum viuum, & argentum, in purissimum aurum, cuius effectus causam non tradiderunt, eius ignoracione quod agunt nesciunt, & errorem emendare non possunt, quod nos præstare oportet,

Notandū.

Auri &
 & Sympa-
 thiz &
 & Sympa-
 thiz.

quamuis orationis nostræ institutum prætergredi videatur. Sed quemadmodum pila vehementissimè commota reuocari non potest, sic calamus eò inclinatus est, quò auocari facile non possit, dum omnia, quæ huc pertinet, attigerit: forsitan qui hæc perlegent ante aut post obitum nostrum, nostri memores erunt.

Causa per
fectionis
argenti
viui.

Causa hæc est. Argentum viuum vt perficiatur, sola concoctione eget, est enim vt diximus aurum imperfectum & immaturum. Calor igneus externus solus concoctionem hanc efficere non potest, non enim argento viuo miscetur aut adhæret, & necesse est aliquid eidem adhærere quo retineatur dum concoquitur, ne in fugam vi ignis abeat. Rursus aurum, etsi eidem adhæreat, ipsum retinere non potest, tum quod sit consistentiæ crassioris, quàm vt eiusdem interiores partes subire possit, tum quod per illius liquefactionem, cum tardior sit, non retineatur, sed ignis violentiâ euanescat: si etsi argentum viuum ab auro retineatur, non tamen ab eodem conquereatur. Concoctionis enim causa est calor & qualitas ignea, atqui auro qualitates igneæ insitæ non sunt, quibus indefinitum argenti viui humidum domare, definire & euincere possit. At quum ab his liquoribus falsuginosis solutum in liquorem existimatur, etsi verè solutum non sit, nec mistum, tamen hæc præstare potest, non eadem ratione qua sal noster aurificus aut lapis philosophicus, qui solus ex sese, nullius alte-

Concoctionis
causa.

alterius ope indigus, nisi fortè calore igneo adiutus, perficit: sed iuuatur aurum, etsi naturam metallicam non exuerit, liquoribus illis acribus, quibus solutum tenuissimæ efficiatur consistentiæ & liquefactionis facillimæ, vt cera, quandiu ei admisti fuerint. Nec enim hi liquores statim euolant, nisi vehementiore igneo calore: tametsi quidam, vt lullus, existimauerint eos perpetuò figi vnà cum auro, Lullij opinio. quod in animum inducere non potui. Sed eorum fixio sufficiens est, quæ argentum viuum in ignis pugna retinere possit, dum ad naturam corporis peruenerit. Præterea hi liquores, quum nihil aliud sint quàm sales, & naturam salis obtineant, qualitatibus proprijs igneis humidum argenti viui concoquunt seorsum, definiunt & tandem omnino euineunt.

Argentum quoque vt perficiatur, sola purgatione & concoctione eget.

Atqui hi liquores falsuginosi vtrumque præstant: mira sanè est vis salium in toto hoc opere: At argentum, quum sit aridius, indiget argenti viui mistione & vnione, veluti glutine, cuius beneficio omnia auri examina subeat & perpetiatur.

Quòd enim humidum auri sit purum, viscosum & impenetabile à natura concoctum, nulla arte à suo sicco distrahitur. Methodus vertendi aurum in liquorem multiplex est, & passim apud authores

32 DE RATIONE PROGIGNENDI

Auri in li-
quorē re-
digendi
facilis me-
thodus.

pręscriptā atque euulgatam reperies: sed hęc
inter cęteras omnes facilis est. Aurum in cal-
cem redigatur, ea via atque ratione, quam nos
in pręparatione eiusdem superius diximus.
Hinc soluatur calx facta regiā aquā, id est, a-
qua acri, ex sale petrę & calchanto distillata,
cui deinde sal ammoniacus, optimē per subli-
mationem depuratus, infundatur, & loco tepi-
do in eadē regia soluatur. Ab hinc distilla-
quęum liquorem tenuiorem, distillatione per
aquam calentem, quam Balneum Marię vel
maris vulgō appellant, Distillationem hanc
eandem septies repete, donec videris oleum
rubrum in imo vasis fundo existens, quod o-
leum calore leui soluitur, depositum verō ab
igne, loco frigido concrescit & densatur ve-
luti gummi. Huic gummi admisce quatuor
partes salis ammoniaci, itidem optimē per
sublimationem sepius repetitam, subtiliati &
repurgati, & in aquam solui, deinde languido
atque imbicillo igne concoque in crassam cō-
sistentiam, postea humido in loco solue, hinc
rursus desicca: & identidem hęc eadem opera
toties repete, coagulando & soluendo, dum
tandem calore sicco languido non ampli-
us concrescat, sed veluti oleum crassum in eodē
calore perpetuō maneat ac persistat. Huiusce
olei accipe vnciam vnā, quam misce cum
quatuor vncijs argęti viui, qua poteris, melio-
ri ratione optimē ab impuritatibus defęcati
& depurgati, quę posita in vitreo vase apto,
conco-

Olei auri
vncius,

concoque octo dierum spatio . sensim caloris gradū augēdo , dū tandem quarti ac postremi gradus vehementissimum archibueris , & puluerem rubrum, aut saltem subcroceum conspexeris. Quem puluerem exemptum tandem igne fusorio, chrysocollā additā , colliquabis in aurū verum. Verū hoc expeditiūs ac meliūs etiam fiet , si globum ex auro & argento viuo confectum, ea quam suprà docuimus methodo , olei huiusce portiuncula delinitum vna contriueris , & tandem , vt superiore in praxi indicatum est, concoxeris. Postremò idem opus etiamnum fælicius tutiūsque perages , si globum ex auro, argento , atque argento viuo composueris & expresseris , huīque globo eiusdem olei aurei portiūculam admiscueris, mixtam contriueris. & denique, vt sæpè iam dictum est , ignem gradibus sensim auctis concoxeris. Verū hęc auri olca per aquas acres præparata, etiamsi magni videantur esse momenti, si tamen cum sale illo nostro aurifico , aut lapide philosophico comparentur, nihili existimanda sunt.

*Soli Deo, bonorum omnium fontis,
sit honor, laus & gloria in æternum.*

Amen.

FINIS.

Typographus Lectori S.

Q V V M operis huiusce editionem, Candide Lector, amico cuidam meo, rerum Chymicarum amatori, emittendam communicassem: Is perlecto nostro tractatulo & collaudato, sequentes regulas seu canones, eiusdem argumenti, ei adiungendas concessit: quos quidem è veteri Manuscripto, (vt inqueiebat) transcripsit & publicari voluit, vt quibus superiora minùs arriderent, (non enim est omnibus placendi modus,) iidem hîc haberent quod meditationem alacrem, non sine fructu, & detineret & si fortè à recta via aberraret, in eâdem, qua par est, fidelitate, reduceret. Hos, quantumvis breues, si boni consulueris, eundem ad maiora comunicanda posthac, incitabis atque allicies. Vale, & his fœliciter vtere atque fruiere.

CANO-



CANONES SEV

REGVLÆ DECEM, DE

LAPIDE PHI-
lofophico.

QVIBVS RECTE INTELLE-

ctis, non exiguus patebit filio
artis ad optatum fi-
nem aditus.

Regula Prima.

Lapis, qui quæritur, vnus est, medicina vni-
ca, nec plures esse possunt.

Regula Secunda.

Materia rei, siue lapidis vnus, itidem vnica
nec multiplex est, nec in alia re totius mundi
illa potentia propinqua inuenitur, nec itidem
in alia re illud secretum reperitur, nec habet
sui similem in toto mundo.

Regula Tertia.

Continet tamen in se plures præcipuè: sed
hypostaticas tamen duas, Inferiorem & Supe-

riorem, imò suo diuerso respectu, tres, quatuor & quinque.

Regula Quarta.

Illa Res quoque suo respectu est Omnia, & continet Omnia, est que super Omnia sublunaria: Et itidem alio respectu, Nihil est, quia est Hyle, siue de Chao & semine mundi, multam habens benedictionem.

Regula Quinta.

Vnica illa materia, est Materia prima omnium Metallorum, non factorum, sed fiendorum, vnde nec animalis, nec vegetabilis, nec mineralis est, sed Catholica & vniuersalis, neutiquam autem specifica. Et est Terrena Aqua, & Aquosa Terra, in Terræ ventre, Terræ commixta, cum qua se commiscet Spiritus & Quinta Essentia, siue Cœlestis influxus.

Regula Sexta.

In forma tamen externa cum mineralibus conuenit, & cernitur ex mineris, qua de causa Naturalis nec Artificialis est, siquidem à Natura ipsa præparatur.

Regula Septima.

Et quemadmodum est vnicus lapis & vnica materia, sic etiam est vnica præparatio, quæ omninò Naturam imitatur, quantum potest: Et sanè Naturæ operatio artificijs norma esse debet.

Regula Octaua.

Et quemadmodum Natura ex illa materia vaporem quendam suscitatur, qui vapor in mineris

neris inclusus in purum locum deueniens, virtute minerali sulphurea pura, in metallum purum congelatur & fixatur longo temporis spatio: sic etiam præparatio ista diuiditur in duas partes, quarum prima naturalis suo respectu, & artificialis alio modo. In qua spiritus iste mundificatus, aqua illa verè permanens cū corpore suo, in quintam Essentiam redacto, congelatur, & fixatur: vt verum sit quod Philosophici dicunt, Totum opus in solutione & congelatione consistere. Vnum tamen opus in plures expandi potest, diuerso respectu:

Regula Nona.

Natura tamen adiuuanda est, tum administrando igne externo, mouendo tamen internum, tum administrando Mercurio Physicorum, aut perfecto in humido, aut plusquàm perfecto in sicco: fermentum totam massam in sui naturam conuertens.

Regula Decima.

Et ante fermentationem tamen est Catholica ac vniuersalis verè, & in omnia sublunaria agit vniuersaliter & Catholicè. Post fermentationem autem est specifica ad naturam metallicam.



EPILOGVS TO- TIVS REI

HIC EST.

UNICVS est lapis, vnica materia, quæ est prima omnium metallorum, præparatio saltem vnica, à qua si quis aberrauerit, scopum non attinget: In duas operationes diuisa, Solutionem scilicet, & congelationem: Et est verè vniuersalis, ante fermentationem, post eam specifica.

Benedicta ergo sit illa res, & benedicta sit eius operatio, per Iesum Christum. Amen.

Vulgaris oculus hinc caligat, diffiditque plurimum.

Vigila.



36

).

22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100



